



Proteuangelion, siue, De natalibus Jesu Christi & ipsius matris Virginis Mariæ, sermo historicus

<https://hdl.handle.net/1874/423315>

100

3

Proteuangelion

SIVE DE NATALIBVS IESV
Christi, & ipsius matris Virginis Ma-
riae, sermo historicus diui Iacobi mino-
ris, consobrini & fratris Domini Iesu, a-
postoli primarij, & episcopi Chri-
stianorum primi Hiero-
solymsis.

EVANGELICA HISTORIA,
quam scripsit beatus Marcus, Petri apo-
stolorum principis discipulus & fi-
lius, primus episcopus A-
lexandriae.

*Vita Ioannis Marci euangelistae, collecta
ex probatioribus autoribus, per Theodo-
rum Bibliandrum.*

*Indices rerum ac uerborum, quae uicem com-
mentarij implent, concinnati per
eundem.*

1551

B A S I L E A E.

TOCUMANGHON

THE HISTORY OF THE
INDIAN NATIONS
OF THE NORTH AMERICAN CONTINENT
FROM THE DISCOVERY OF THE
COUNTRY TO THE PRESENT
STATE OF THE SAME

BY
JAMES OGLETHORPE
OF THE COLONY OF GEORGIA

IN TWO VOLUMES.
THE FIRST VOLUME
CONTAINS THE HISTORY OF
THE INDIAN NATIONS
FROM THE DISCOVERY OF THE
COUNTRY TO THE PRESENT
STATE OF THE SAME

1732

IO ANNI GASTIO, SERVŌ
Iesu Christi, & ecclesiæ Basiliensis, pre-
tur Theodorus Bibliander

salutem.



N creberrima simul
& tristissima fama
belloꝝ, atq; aliarum
calamitatũ, quib. ho-
die Christianæ pre-
muntur ecclesiæ, ni-

hil est latius, & consolatione solida,
certisq; consilijs instructius, Ioannes
Gasti, frater charissime, quam sacro-
sanctum Euangelium Dei, quod ui-
tam & doctrinam Christi seruatoris,
& formã ecclesiæ ipsius ita nobis ex-
hibet, ut simul ostendat, quid satan &
improbi homines olim sint moliti ad-
uersus doctrinã Christi, & unicã salu-
tis uiam, sed frustra: & quid porro ma-
chinaturi sint, usq; ad seculi consumma-
tionem. Quæ dum recolimus, mature
ac diligẽter non modò premoniti, sed
etiã præmuniti uerbis Domini, quid
aliud agamus ad rumores istos bello-
rum, & omnium malorum ac seditio-
num,

4
 num, quæ belli nomine continentur,
 & quæ bellum adfert, quam ut capita
 leuemus, neq; despondeamus animi:
 neq; rursus dormiamus in utramque
 aurem, sed uegeti expectemus aduen-
 tantem redemptionem: et oremus, ne
 capiat nos tentatio: & perseueremus
 in finem, atq; in patientia & consola-
 tione scripturarum, maximè autem e-
 uāgelij, possideamus animas nostras.
 Refruxerit enim charitas in plerisq; &
 abundet iniquitas: insurgat gens con-
 tra gentem, & ruant malè sani morta-
 les in mutuuum exitium: furiat satan,
 & cum eo conspiret mundus in exitiū
 ecclesie, & doctrine et religionis Chri-
 stianæ: deficient multi ab agnita & cō-
 fessa ueritate, ac quærant subterfugia
 mali temporarij, deserendo uiam æter-
 næ salutis: exoriantur quotidie nouæ
 sectæ & institutiones sub falso nomi-
 ne Christianismi: pericula ex falsis fra-
 tribus immineant, sintq; inimici homi-
 nis domestici eius: stat tamen firmum
 Domini uerbum, COELVM ET
 TER.

NVNCPATORIA.

5

TERRA TRANSIBUNT, VERBA AVTEM MEA NON TRANSIBUNT: estq; Euangelium uirtus Dei ad salutē omni credenti. Nam qui crediderit in Iesum Christum filiū Dei incarnatum ex spiritu sancto & Maria uirgine, & crucifixum pro salute hominum, quiq; resurrexit & ascendit in cœlos, sedens ad dexteram Dei patris omnipotentis, saluus erit: qui non crediderit, iam dānatus est. Nec est aliud nomē datum sub cœlo inter homines, in quo nos oportet saluos fieri, quā nomen Christi, quod Euāgelium Dei æternum nobis proponit. Hoc maximum gaudium, quod angeli pastoribus nunciant, nato recens Christo Iesu, & hanc solidam consolationem in omnibus aduersis rebus, nulla uis poterit nobis eripere, si animis attentis comprehendamus cœlestē uocem Euangelij.

Quamobrem, mi Casti, non grauatim suscepi laborem, quem studiosis Euangelicæ doctrinæ fore & gratum

a

3

& uti-

& utilem censes, ut post editam uitam
 Petri apostoli, & doctrinam, ipsius e-
 tiam euangelium, quod Hierosolymis
 & Antiochiæ, & in Asia, & Romæ do-
 cuit, Marcus autem excerptum ex eius
 sermonibus scripsit Romæ, adactus
 precibus fratrum, & approbante Pe-
 tro publicauit, illustratum compen-
 diofa expositione rerum ac uerborum
 edam. Simul petijsti, ut uitã beati Mar-
 ci euangelistæ repurgatam à menda-
 cijs et superstitionibus, quib. eam non-
 nulli scriptores contaminarunt, ex ido-
 neis autoribus conscribam. In utroq;
 libenter morem tibi gessi, frater in Do-
 mino charissime, quantum hoc tempo-
 re diligentia & ingenio per gratiã Do-
 mini assequi potui. Nam euangelio se-
 cundum Marcum præfixi sermonem
 historicũ diuini Iacobi apostoli, de natali
 bus Domini Iesu, et beatę Virginis ma-
 tris ipsius, qui authenticus habetur in or-
 rientalibus ecclesijs. quem à Guilhel-
 mo Postello, uiro doctissimo, conuer-
 sum in Latinam linguam, quũ Opori-
 nus no-

nus noster legendum huc misisset, dignum iudicavi quem trāscriberem, & annotatiunculis illustratum studiosis doctrinæ Christianæ communicarem. Certè Postellus caput hoc esse censet Euangelij secundum Marcum, & basim historiæ euāgelicæ totius. de quo, suo loco plura dicam. Deinde historiam, quam diuus Marcus scripsit Græcè (non Latinè, ut quidam falsò putāt, sed translata in sermonem Latinum à Hieronymo, aut ab alio quopiam) ex uetustissimo codice Latino transcripsi, collatis interim exemplaribus Latinis, Græcis & Chaldaicis, quibus hodie utuntur Christiani, qui Alexādrinam ecclesiam à beato Marco conditam agnoscunt suam metropolim. Sed ne adiungerem annotationes, siue castigationes, exemplo Vallæ, & Fabri Stapulensis, & aliorum, aliquæ rationes non leuiculæ me reuocarunt. Cæterum indices apposui duos. Vnum, Græcarum dictionum, quibus adieci uariam interpretationem eiusdem La-

EPISTOLA

tini translatoris : quibus studiosus ad-
 iungere poterit Laurentij Valle, Stapu-
 lensis, Erasmi Roterodami, & aliorum
 uersiones, & interpretationes. Nam i-
 sta collatio euidentissimè arguit, uete-
 rem quidem Latinum interpretè, qui
 quis fuit, optimam nauasse operam, &
 ecclesiis Dei beneficium maximū de-
 disse: neq; interim aspernandos esse la-
 bores aliorum, qui denuò transtulerūt
 sacros libros, aut annotationibus illu-
 strare studuerunt. Nam uetus inter-
 pres non modo uariius est, sed etiā que-
 dam Græca omittit, quædam Latina
 de suo ingenio adiicit, quædam in alie-
 nam sententiam, ut res ipsa docebit, de-
 torquet. Proinde indicem Græcum ea
 moderatione contexui, ut simul inter-
 pretis grammatici officio sim functus.
 Alterum indicem Latinis uerbis tribui,
 sed ut rerum theologicarum, quas hi-
 storia Marci attingit, summam ordine
 certo comprehenderim. Addidissim
 et tertium indicem, qui ordines decem
 prædicamentorum secutus, itemq; di-
 ctionum

ctionum indeclinabilium classes, Latinas & Græcas uoces copulasset: nisi proposuissem, per Domini Christi opem, uoces Ebraicas, Chaldaicas, Græcas, Latinas, quæcunq; in libris diuinis extant, eo pacto aliquãdo coniungere. Tametsi optem id potius alios aggredi, qui omnibus facultatibus ad eam rē instructiores sunt. Porrò sententiarum distributionem per XII. articulos fidei Christianæ, & per X. capita Decalogi, differendam esse ratus sum hoc tempore, ut uniuersa doctrinæ Petri apostoli dogmata & præcepta, & promissiones ea ratione partiar in opere, quo expositurus sum ueras causas dissidiorum in ecclesia Christi, & deformationis istius scedissimæ, quæ iãdudũ postulat reformationẽ: simulq; conabor ostendere statũ controuersiæ quæ olim fuit Christo & Apostolis cũ Iudæis & gentilibus, hodie autem intercedit inter papisticos & simplices Christianos. Quo in opere animus est per collationem demonstratiuã uete-

rem Christianismū, quē Petrus et Paulus, & omnes apostoli, adeoq̄ ipse dominus Christus uerbo & operib. tradidere, ex diui Petri scriptis cōpendiosē & certa methodo exhibere: simulq̄ nouū Christianismū, aut papismū, quē intra nō gentos annos Papæ Romani cū suis affectis partim sunt commenti, partim aliūde mutuatū confirmarūt, ita ex ipsorū probatis. autoribus trāscribam, ut quiuis iudicare possit de hac maxima & diuturna religionis cōtrouersia. Visum etiam erat uniuersam historiam euangelicam in compendium, & ordinem temporis locorum ac rerum naturalē reducere. Sed quū ea pars omnino postularet canones temporū, in quib. constituendis est disputandū nonnihil cum eruditis quibusdā hominibus, etiā cum summis theologis: existimaui consultius, ut separatim ea tractetur. Quod ut faciant uiri Christianæ historiæ periti, & rerū exterarū non ignari, oro, obsecro, & obtestor per Christi gloriam, & per incolumitatem Christianę reipub.

Porro

Porro uitam Ioannis Marci, ex libris
sacris et ecclesiastica historia trāscripsi:
neq; prætermisi ea quæ non modo au-
rea suæ legendæ apta iudicauit episco-
pus Genuensis, sed etiam Romani præ-
sules officijs diuinis, ut uocant, inserere
nihil sunt ueriti: partim ne quis me ne-
gligentia accusare possit, aut iniquum
uenerationi amicorum Christi, & san-
ctissimorum hominum, sed legitimæ:
partim ut hoc haustu propinato & de-
gustato, posthac etiã simpliciores Chri-
stiani rectius iudicare possint de fonte
ipso, uel potius immenso pelago fabula-
rum, quib. malè feriat homines uitas apo-
stolorum, martyrum, confessorum, prophe-
tarum, patriarcharum, & excellentium Chri-
sti atq; ecclesiæ membrorum conspurcarunt
magis, quam honorificæ memoriæ cō-
secrarunt, idq; magno cum detrimen-
to gloriæ diuinæ & salutis humanæ.

Hunc igitur laborem, quē studio iu-
uandæ ecclesiæ Christi, ut equidem cre-
do, iniunxisti mihi, & aliquoties iam
per literas satis improbè efflagitasti,
tuo nomi-

tuo nomini, Gasti charissime, nūcupo
 & dedico. Et rogo, ut munusculū ami-
 ci quaecunq; non asperneris, cui mul-
 tis nominibus obstrictum me esse fate-
 or. Cæterum quia referre gratiam ha-
 ctenus non potui, hoc saltem extet pu-
 blicum testimonium grati animi erga
 te, & pignus amicitiae nostrae sanctum
 ac solidum. Christus seruator te atque
 Basiliensem ecclesiam uniuersam tue-
 atur à malo, & felicitet omnigena be-
 nedictione. Scriptum Tiguri, nonis lu-
 nij: anno reparatae salutis humanae M.
 D. L. I. quinquies autē millesimo qua-
 dringentesimo tricesimo ab origine mū-
 di, quando primū ex ore Dei promul-
 gatum est euangeliū salutis & diuinæ
 potentiae contra satanam. Deus enim
 dixit ad serpentem, in quo per menda-
 cia diabolus decepit primos generis
 humani parentes: Inimicitias ponam
 inter te & mulierem, inter semē tuum
 & semen illius: Ipsum conteret caput
 tuum, & tu insidiaberis calca-
 neo eius.

17

CENSURA ET IUDICIUM
de Proteuangelio di-
ui Iacobi.

Qvandoquidem in usum publicum Ecclesie Christi edo libellū in scriptū Euangelium, & quidem primum euangelium, diui Iacobi fratris Iesu Christi, qui mihi sanè haecenus ignotus fuit: pu- to esse mei officij, ut tester, quo autore ad eccle- sias hoc scriptum perueniat, & quid de illo sentiāt Christiani uiri, aut quid ego de illo iudicem. Guil- helmus Postellus, natione Gallus, professor lingua- rum peregrinarum regius Parisijs, studio cogno- scendi plurima, & inuestigandi libros, quibus re- gnum Christi possit commodius propagari, multas regiones peragrauit, etiam mare non semel trans- gressus. Is in Oriēte apud Christianos librum Græ- cum, & quidem peruetustum est nactus, quem La- tinum fecit, & Commentarijs adornatum editioni parauit, cum alijs quibusdam minimè contemnendis libris. Quos dum Oporinus, typographus singula- ris industriæ & doctrinæ, per occupationes differ- ret imprimere, ita ut sit, rogauit per amicitiam, ut mihi copiam faceret legendi eos. Cæterum huius sermonis historici lectio ita me affecit, ut iniquè tu- lerim, diutius eo frustrari homines Christianos, qui Latine linguæ habent commercium. Testatur au- tem Postellus, hūc libellum in ecclesijs orientalibus Christianorum

Christianorum publicè legi, neq; dubitari de autore, sed constanter inscribi, Sermonem historicum diui Iacobi fratris Domini, de admirabili natiuitate & incunabulis uirginis matris Mariæ, & ipsius Iesu. Addit etiam, *πρωτεὺς ἀγγέλιος*, hoc est, primum euangelium uocari, & inter autenticos libros haberi apud Orientales Christianos. Ipse autem Postellus æstimat ut gemmam inter libros theologicos, et basim atq; fundamentum totius historiæ euangelicæ, & caput Euangelij secundum Marcum. Eius uerba si quis requirat, hæc sunt: Petrus Romæ non edidit euangelium, sed alteri Venetiarum duci Marco cõmendauit sine capite mysteriose scribendum: ut olim illi adesset hoc caput, quod nunc uertimus, totius ueteris testamenti appendicibus, Christum quouis modo prædicantibus, necessarium, nedum Marco, aut Lucæ. Ac rursum: Euangelij ad hanc diem desiderata basis & fundamentum, in quo suppletur summa fide, quicquid posset optari. Et in sermone quo reipublicæ Venetæ opus dedicat, ita scribit: Quòd autem euangelium, quo ad hanc diem utimur, nunquam possit ut debet, ac necesse est, potissimum apud Iudæos, esse in precio sine hac, quam tuo nomine mundo offero, basi, Iacobi historia de Saluatoris, & eius matris Virginis Mariæ incunabulis, fide publica munitis in corpore ecclesiæ Iudaicæ, his rationibus clarum erit. Inter alias autem rationes

rationes Postellus perpedit examusim, quod Iudai
 ci populi principes in explorando foetu Mariæ uir
 ginis, sponsæ Iosephi, adhibuerint aquas redargu-
 tionis, de quibus capite 5. Numerorum Moses scri-
 psit. Ac docet ex monumentis Iudæorum, lege cau-
 tum fuisse, ut si qua foemina trib. Iudæ, maximè o-
 riunda ex stirpe David, peperisset, aut ferret ute-
 rum, id ipsum referretur ad senatum sacerdotum. I-
 taq; latere non potuisse partum Mariæ, quæ Iose-
 pho commendata fuerat à sacerdotibus, rectè colli-
 git. Verisimilimum est certè, in tanta expectatione
 Mesiæ redemptoris, eam gentem seruitutis impa-
 tientissimam, nihil reliquisse inexploratum. Neq;
 uideo potiolem & augustiorem usum eius carimo-
 niæ & actionis iudiciariæ in foeminas suspectas a-
 dulterij, quàm si per eam declaratum est, utiq; diui-
 no & irrefragabili testimonio, Iesum Christum in
 utero Mariæ non esse foetum adulterinũ, sed sacro-
 sanctum, conceptum non ex Iosepho sponso, sed ex
 spiritu sancto. Suffragatur etiam huic traditioni
 Ebræorum, & huic scripto, quod Iacobi nomine
 uulgatum est, Theodosius Iudæorum antistes: qui
 temporibus Iustiniani Imperatoris ex Iudæorũ ar-
 chiuus protulit, Iesu parentes uocatos fuisse in con-
 ciliium, & interrogatos de sobole: simulq; uocatas
 mulieres, quæ parienti adfuerunt. Ac post examen
 acre, in catalogo sacerdotum adscriptum fuisse: Ie-
 sus fi-

sus filius Dei uiui, & Mariæ uirginis. Quæ copio-
 sius memorat Suidas in uerbo *inoōs*. Omitto quòd
 Iosephus, sacerdos Iudæorum, Iesum confitetur esse
 Christū, quòd multi principes uiri inter Iudæos Ie-
 sum esse Christū crediderūt, sed metu periculi non
 sunt ausi præ se ferre. Omitto alias eiusmodi ratio-
 nes. Ac tantū examinari uelim, ut euāgelium sit in-
 uulgatū. Quem locū tamen etiā breuiter absoluā.

Lucas euangelista in procemio Euangelicæ histo-
 riæ testatur, multos aggressos esse contexere narra-
 tionē rerum earum, quæ sunt inter Christianos cō-
 pertissimæ: quæ tradiderunt illi, qui ab initio inspe-
 ctiores & administrati fuerūt illius uerbi. Quod non
 tam Matthæo aut Ioanni congruere uidetur, euan-
 gelistis, quàm Iacobo fratri Domini, cuius sermonē
 historicum de natalib. Christi Iesu nunc edimus: &
 Lucas eam partem summatim perstringit, nihil à
 Iacobo discrepans. Id ipsum et Augustinus adstrue-
 re uidetur, libro primo de cōsensu Euangelistarum
 ita scribens: Inter omnes diuinas auctoritates quæ
 sanctis literis continentur, Euangelium merito ex-
 cellit. Quod enim lex & propheta futurum præ-
 nunciauerūt, hoc redditū atq; completum in Euan-
 gelio demonstratur: cuius primi prædicatores Apo-
 stoli fuerunt, qui Dominum ipsum & saluatorem
 nostrum Iesum Christum etiam præsentem in carne
 uiderunt. Cuius non solum ea quæ ex ore eius au-
 dita,

data, uel ab illo sub oculis suis operata, dicta & facta meminerant, uerum etiam quæ priusquam illi per discipulatū adhæserāt, in eius natiuitate, uel infanzia, uel pueritia diuinitus gesta, & digna memoria siue ab ipso, siue à parentib. eius, siue à quibuslibet alijs, certissimis indicijs, et fidelissimis testimonijs requirere & cognoscere potuerunt, imposito sibi euangelizandi munere, generi humano annuciare curarūt. Quem autem post Christum ipsum, & matrem uirginem, & Iosephum matris sponsum, inueniemus testem magis idoneum rerū Christi, quàm Iacobum cognomento Minorem, filium Iosephi, sed ex alia coniuge, episcopum Hierosolymitanum, tam spectatæ sanctimonie, ut genitrix arx & propugnaculum diceretur: ob cuius etiam cædem Iosephus et alij multi Iudeorum crediderunt, urbem cum populo Iudeorum periisse?

Ac peruetustam esse traditionem hanc, & in ecclesia Christi receptam, neque ad alium autorem, quàm ad Iacobum fratrem Domini esse referendam, Epiphanius etiam mihi persuadet, antiquus & eximius ecclesiæ doctor. Qui contra Collyridianos Mariæ sacrificantes, ita scribit: Si angelos adorari non uult Deus, quanto magis eam quæ genita est ab Anna, quæ ex Ioachim donata est Anne, quæ per preces & omnem diligentiam secundum promissionem patri ac matri data est, non ta-

men aliter genita est, præter hominum naturam:
 sed sicut omnes, ex semine uiri & utero mulie-
 ris. Tametsi enim historia Mariæ & traditiones
 habent, quòd dictum est patri ipsius Ioachim in
 deserto, Vxor tua concepit: tamen non quòd sine
 coniugio hoc factum, neq; sine semine uiri, sed factu-
 rum angelus missus præuaticinatus est: ut ne qua
 hæsitatio fieret propter id, quòd in ueritate factum
 est, & iam ex Deo ordinatum, & iusto promissu.
 Idem Epiphanius disputans contra Antidicomaria-
 nos, qui negabãt perpetuam Mariæ uirginitatem,
 spelũca meminit, & miraculorum: & explicans il-
 lud Euangelij dictum, Et non cognouit eam, donec
 peperit primogenitũ suum, ad hunc modũ scribit.
 Vnde cognouisset, quòd tantam gratiam acceptu-
 ra esset mulier? aut unde cognouisset, quòd tali glo-
 ria glorificanda esset uirgo? Mulierem quidem no-
 uerat ipsam formatione, & sæminam natura, et ex
 matre Anna & patre Ioachim, & cognatam Eli-
 zabet ex domo & familia Dauid. Non nouerat au-
 tem, quòd tali gloria honorandus esset aliquis in
 terra, maxime mulier. Non igitur cognouit ipsam,
 donec uidit miraculum. Non cognouit ipsius mira-
 culum, donec uidit genitum ex ipsa. Quando pepe-
 rit, cognouit Dei honorem, quòd ipsa esset, quæ au-
 diuisset, Aue gratiosa Dominus tecum. Et antea:
 Ioseph habuit primogenitum Iacobum, cognomi-
 natum

natum Obliam, quod significat murum, & cognominatum Iustum. Erat autem Nazoræus, quod significat sanctum. Et primus hic accepit cathedram episcopatus, cui concedidit Dominus thronum suum in terra primo. Qui etiam frater Domini uocabatur, propter coeducationem, non secundum naturam, sed per gratiam. Et genuit quidam hunc Iacobum, circa quadragesimum plus minus ætatis sue annum. Post ipsum uerò nascitur ipsi filius Ioseph, deinde Simeon, postea Iudas: & duæ filie, Maria, & quæ uocatur Salome. Et mortua est ipsius uxor. Et post multos annos accipit Mariam uirginem, agens annum uirginitatis sue fortassis octogesimo, & ultra. Et post aliquot uerba inserta: Moritur, inquit, hic Iacobus Hierosolymis, deiectus à pinnaculo templi, annis plus minus XXXIII, post assumptionem Saluatoris, anno ætatis sue nonagesimo sexto. Si itaque huius filius tot annorum fuit, quomodo ergo huius pater, uidens res horrendas, angelos natiuitatem filij stipantes, hymnosq; à cælo canentes, & dicentes, Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona uoluntas: & pastores cernens uenientes in speluncam, ubi natus fuit, & audiens ipsos hæc annunciantes: quomodo inquam senex Ioseph, et propectæ ætatis, tanta signa ac miracula audiens, audebat debacchari, & contumeliam afficere corpus sanctum, in quo Deus habitauerat.

Ophel Ebrg
 is arcē & ma
 nitum locum
 significat.

uerat, ex quo corpore collecta est nobis aduentus in carne dispensatio: unde sancta & impolluta caro nobis ædificata est, in Deitate Saluatoris? An non probè consonat euāgelico sermone Iacobi Epiphanius, antiquissimus ecclesiæ doctor: imò traditio & historia ecclesiæ, ipso etiam Epiphaniō antiquior?

Porro si quis contendat, hunc libellum non ponendū esse inter Ecclesiastica scripta, eo quòd Hieronymus, Eusebius, & alij, qui de uita & scriptis Iacobi historiam posteris tradiderunt, nullam faciunt huius sermonis mentionem: & quòd aliqua continet, quæ in libellis apocryphis, in libello Ioaachim, siue de natiuitate beatæ Mariæ, de infantia Saluatoris, et alijs etiam leguntur, quòd miraculorum ingens multitudo commemoratur: is poterit idoneis rationibus facile refelli. Quarum aliquas hic attingam. Nam quòd Hieronymus, & Eusebius, & alij, Proteuangelium Iacobi non inter sacros libros numerant, ac ne mentionem quidē eius ullam faciunt: non probat statim, id scriptum non extitisse. Epiphanius autem, antiquior Hieronymo & Eusebio, satis indicat, antiquam esse hanc traditionem ecclesiæ. Quædam ignorarunt etiam diligētissimi scriptores: quædam in ecclesijs occultata sunt diutius. Vt liber legis inter rudera templi latuit, ignoratus etiam à summo pontifice Helcia,

Helcia, qui temporibus Iosiae demum in lucem emer-
 sit. Diutissimè quoq; posterior epistola Petri,
 epistola Pauli ad Ebræos, epistola Iudæ fratris Ia-
 cobi, Apocalypsis Domini Iesu Christi, multos
 Christianos latuerunt, ac serius ab ecclesijs cogni-
 ta, et in Canonem receptæ sunt. Hoc autem potius
 scriptum Iacobi commendat, quòd inter apocry-
 pha & notha nussiam numeratur, ut euangelium
 Nicodemi, Thomæ, Bartholomæi, & alia.

Deinde non propterea hoc scriptum habendū
 esse pro apocrypho, quia nonnulla cōtinet, que le-
 guntur in libello Ioachim, siue de natiuitate beate
 Mariæ, quæ Hieronymus ex Hebræo sermone La-
 tinū fecit: ut in libro de infantia Saluatoris, de na-
 tiuitate Saluatoris, de sancta Maria, de obstetrice
 Saluatoris, quos libros Gelasius numerat inter a-
 pocryphos, quis neget? Non enim euangelium scri-
 ptum à quatuor probatissimis Euangelistis, ideo
 minus habet fidei & autoritatis, quia in multis
 consonant euægelia Nicodemi, Thomæ, Bartholo-
 mæi, Nazaræorum, & Alcoranum Mahumedis.
 Porrò si quem offendit miraculorum multitudo,
 cogitet maximū esse opus incarnationis filij Dei,
 quòd diuinis operibus ac testimonijs fuit munien-
 dum aduersum incredulitatem Iudæorum, Mahu-
 medanorum, Ethnicorum, Sophistarum, & here-
 ticorū: & aduersum calumnias et strophas, quas

unquam cacodæmon potest comminisci. Estq; ha-
 bēda gratia diuinæ sapiētiæ & bonitati, quæ mul-
 tis portentosis operibus et incarnationem & mor-
 tem salutiferam Christi Iesu filij Dei uiui testata
 est. Quæ miracula partim refert historia euangeli-
 ca: plura etiam ecclesiastici scriptores collegerunt
 ex gentiliū monumentis. Postremò hæc miracula
 non auocāt homines à Dei cognitione & cultura,
 sed potius adducunt: quæ natura est ueri miraculi.
 Falsā autem signa & portēta traducunt mortales
 ad colendā creaturam, prætermisso creatore. Non
 occurrit etiam in hoc scripto Iacobi aliquid repu-
 gnans historiæ diuinæ: nec apparet illa causa, ob
 quam uoluerint orientales Christiani hæc cōfinge-
 re, puta commodum temporarium, gloria priuata,
 potētia, aut simile quiddā. Ut si illa traditio est re-
 cipiēda in ecclesijs, hæc rectissimè recepta olim
 ab ecclesijs, hodieq; conseruata in orientalibus ec-
 clesijs, à nobis autem occidentalibus minimè asser-
 nanda esse uideatur. Non censeo tamen hunc ser-
 monem diui Iacobi reponendum esse in apice su-
 preme dignitatis et autoritatis, in quo libri Cano-
 nici ueteris ac noui testamenti soli consistunt, ma-
 gno consensu ecclesiæ catholicæ, in qua Christi spi-
 ritus uiget, & quæ uocem pastoris sui ac sponsi
 agnoscit. Rursum indignum puto, reijci inter apo-
 creyaphoum delyrantia, quæ magis digna sunt
 à non genuis

Ἐπισημῶς quàm ἀναγνώσεως, ut inquit beatus A-
 thanasius. Etenim si libellus Ruth in canone li-
 brorū diuinorū positus est, qui genus Davidis ex
 Booz & Ruth Moabitica foemina deducit, idq;
 oppresso nomine scriptoris: periniquum mihi uide-
 tur, hoc Euangelium primum diui Iacobi de nata-
 libus Christi & matris uirginis, ab ecclesijs orien-
 talibus authenticis libris adnumeratum, saltem in
 ecclesiasticorum & hagiographorum numero nō
 haberit: in quo epistola Clementis, & liber Pastro-
 ris olim constitit: hodieq; Tobias, Iudith, Sapien-
 tia Solomonis, sapientia Iesu filij Sirach, historia
 Machabeorum, Esdræ tertius et quartus liber, ab
 omnibus ecclesijs habentur. Qui libri certè ab hoc
 sermone Iacobi, argumenti excellentia, & styli
 simplicitate, spiritui sancto familiari, meo
 iudicio, uincuntur.

PROTEVANGELIUM
 SANCTI PATRIS
 NOSTRI IACOBI, FRATRIS
 Domini, sermo historicus, de natiuitate
 Deiparae.



In historijs duodecim tri-
 buū Israel, erat Ioachim,
 diues ualde: & offerebat
 ipsi Deo dupla munera,
 dicēs apud seipsum: Sint
 facultates meae totius populi, in remis-
 sionem^a peccatorum meorū apud De-
 um, ut misereatur mei.

^a ut Ecclef. 3.
 Eleemosyna
 resistit pecca-
 ris. & Luc. 11.
 & Dan. 4.

^b Principiū
 anni, uel in fe-
 sto paschatis
 uel taberna-
 culorum, Po-
 stel.

Appropinquauit autem dies Do-
 mini^b magna, offerebantq; filij Israel
 sua munera, et stetit contra ipsum Reu-
 ben dicens: Non licet tibi offerre mu-
 nus tuum, quia semen in Israel non fe-
 cisti. Et contristatus est Ioachim ual-
 de, & accessit ad duodecim tribuum
 Genealogiam, dicens intra se: Videbo
 in tribubus Israel, si ego solus non edi-
 di semen in Israel. Scrutans itaq; uidit
 omnes iustos semen habuisse. Memi-
 nit itaq; patriarchae Abrahami, quod
 in ulti-

in ultimis diebus Deus dedisset illi filium Isaac.

Contristatus itaq; Ioachim, non fuit uisus uxori suæ, sed in heremum abiit, ibiq; fixit tētoria: & ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, dicens apud seipsum: Non ascendam ad cibum, aut ad potum: sed erit meus cibus oratio mea.

c ibi greges habens.

Vxor autē eius Anna, duobus lugerebat luctibus, dupliciq; angebatur angustia dicēs: Plango uiduitatē meam, & meā sterilitatem. Venit autem dies Domini magna, & dixit Iudith ancilla eius: Quousq; tādē affliges animam tuam? Non licet tibi lugere, quia dies Domini magna est. Cape itaque hunc peplum, & orna caput tuum. ^d Sicut enim sum ancilla tua, formā regiam habes. Et dixit Anna: Recede à me, hoc enim non faciam. Deus enim me uehementer humiliauit. Vide sis, ne forte inficiat me Deus tuo peccato.

Tentatio
ex domesti-
cis graui-
or.
d Iurandi for-
mulz.

Respondit ancilla Iudith: Quid dicam tibi, quum uocem meam non au-

b s dias?

dias? Meritò sanè clausit Deus uulua
tuam, ut non daret tibi filium in Israel.
Et tristata est Anna ualde. Et deposuit
uestimenta sua luctuosa, & ornauit ca-
put suum, et induta est uestibus nuptia-
libus. Et circa horam nonam descen-
dit in hortum, ut ambularet: & uidens
laurum, sedit sub ea, & fudit preces Do-
mino Deo dicens: Deus patrum meo-
rum, benedic mihi, & audi orationem
meam, sicut benedixisti uuluam Saræ,
& dedisti illi filium Isaac.

*Sterilitatis
malum per
compara-
tionem fœ-
cundæ cre-
ature am-
plificat.*

Et intuens in cœlum, uidit in lauro
nidum passeris, & eiulauit in seipsa, &
ait: Hei mihi, cui possum assimilari?
Aut quæ me matrix genuit, ut ita in cœ-
spectu filiorum Israel maledicta nasce-
rer? Exprobrât enim me, & subsannât,
& eiecerunt me ex templo Domini
Dei. Hei mihi, cui similis facta sum?
Non possum cœli auibus comparari:
quia uolucres fœcundæ sunt in con-
spectu tuo Domine. Etenim quæ in
me sunt, in te repono. Hei mihi, cui nã
æquiparari possum? Comparari cum
ipsis

ipsis terræ animantibus non possum: quia & ipsa fœcunda sunt in conspectu tuo Domine. Hei mihi, cui sum similis? Non possum cum aquis componi: quia & ipsæ sunt fœcundæ in conspectu tuo. Etenim ipsæ aquæ, tam serenæ quàm fluctuabundæ, cum maris piscibus te laudant. Sed hei mihi, cui possum componi? Cum terra conferri non ualeo: quia terra fert suos fructus in tempore suo, & benedicit tibi Domine. Et ecce angelus Domini aduolauit, dicens *Ita Isaac promittitur, et Saron, et Sa-*

ei: Anna Anna, Deus exaudiuit orationem tuam. Concipies, & paries, & celebrabitur nomen tuum in toto mundo. *son, et Sa-*
 Dixit autem Anna: *uel.* Viuit Dominus Deus meus, quod siue masculum, siue *vt Anna mater Sa-* fœminam genuero, offeram illud *mu-* nus Domino Deo nostro, & in sacris *uelis uo-* rebus illi ministrabit omnibus diebus *uct.* uitæ suæ.

Et ecce angeli duo uenerunt, dicentes ipsi: Ioachim uir tuus uenit cum gregebus suis. Angelus enim Domini descendit ad ipsum, dicens: Ioachim Ioachim,

chím, exaudiuit Deus orationē tuam. Descende hinc. Ecce Anna uxor tua in utero concipiet.

Et descendit Ioachim, & uocauit pastores suos, dicens: Afferte mihi huc X. agnas puras, immaculatas, et erūt Domini Dei mei. Et adducite mihi XII. uitulos mundos, & erunt sacerdotum & cleri, seu senilis ordinis gerusæ. Et adferre mihi centum hircos, & erunt centum hirci totius populi.

Et ecce Ioachim uenit cum gregibus suis, & stabat Anna in porta, uiditq; Ioachim uenientem cum gregibus suis: & accurrens, appensa est de collo eius, dicens: Nunc cognosco, quòd Dominus Deus benedixit mihi uehemēter. Ecce enim, quæ uidua eram, amplius uidua non sum: & quæ eram sterilis, in utero habebō.

Et requieuit Ioachim in domo sua prima die. Crastino autem obtulit dona sua, dicens in seipso: Si Dominus Deus benedixerit mihi, ^a lamina sacerdotis hoc faciet mihi manifestū. Et obtulit

^a Lamina sacerdotis uidetur, quæ in fronte Ponti

tulit dona sua Ioachim, & attendit la-
minæ, seu ephod, aut rationali sacerdo-
tis, quum est admissus ad altare Domi-
ni: & non uidit peccatum in seipso. Et
dixit Ioachim: Nunc noui, quod Do-
minus est propitiatus mihi, & remisit
mihi omnia peccata mea. Et descendit
à domo Domini iustificatus, & uenit
in domum suam.

ficis nomen
תתן
prætulit. De
Ephod &
לויים in
Exodo, & a-
libi multa.

Concepit itaq; Anna, & completi
sunt illi menses sex. Mense autē nono
peperit Anna, et dixit obstetrici: Quid
peperit? Ipsa autem dixit, Fœminam.
Et dixit Anna: Magnificata est anima
mea in hora ista. & reclinauit eam.

Non asse-
rit hæc nar-
ratio, Ma-
riam con-
ceptam si-
ne coniun-
ctione legi-
tima parē-
tum: ut fa-
tui opinan-
tur, teste
Antonino
etiam.

Impletis autem diebus, ^b diuisa est
Anna, et dabat ubera natę, & nomina-
uit nomen eius Mariam.

De die autem in diem roborabatur
puella. Quum uerò facta est sex mensi-
um, deposuit eam mater eius humi: ut
experiretur illā, si erecta staret. Septem
gressus fecit ambulando, & uenit in si-
num matris suæ.

^b A thoro
cōiugali per
dies purifica-
tionis separa-
ta. Postel.

Et dixit Anna: **Viuit Dominus De-**
us

us meus, quia non ambulabis super terram, donec te obtulero in templum Domini.

c Ut quicquid prophatum esset, procul remoteretur.

Et fecit sanctificationem in cubili suo: & quicquid est coinquinatum, stergebat ab ea segregare, propter illam. Et uocauit filias Hebraeorum immaculatas, & seducebant eam.

d Potius in alium locum, quam a uia sancta morum. In ablactatione conuiuia exhibuerunt Israelite, ut Abraham. Gen. 21.

Factusque est puellae primus annus. Fecitque magnum conuiuium Ioachim, & uocauit sacerdotum principes et scribas, & totum senatum, & omnem populum Israel. Et obtulit munera ipsis sacerdotum principibus, & benedixerunt illi dicentes: Deus patrum nostrorum benedic huic puellae, & da illi nomen celebratum aeternum in omnibus generationibus. Et dixit totus populus: Amen, fiat. Et obtulerunt illam sacerdotibus, & benedixerunt eam dicentes: Deus altitudinum respice super hanc puellam, & benedic illi benedictione, quae intermissionem non habeat.

* Hymnus qualis Annae matris Samuelis.

Arripuit eam mater sua, & dedit illi uber. Et fecit Anna canticum Domino Deo, dicens: * Cantabo laudem Domino

Domino Deo meo : quia uisitauit me,
& abstulit à me opprobrium inimico-
rum meorum.

Et dedit mihi Dominus Deus fru-
ctū iustitię multiplicē, in cōspectu suo.

Quis annuntiabit filijs Reuben,
quòd Anna lactet? Audite, audite duo
decim tribus Israel, quia Anna lactat.

Et reclinauit eam in loco sanctifica-
tionis suę, & exiuit, & ministrabat ip-
sis. Completo autem conuiuio, disces-
sere lætabundi, & posuerunt illi no-
men * Mariam.

Quia nomen eius non obliterabi-
tur in æternū. Et glorificauerunt Deū
Israel. Puellę autem apponebantur mē-
ses eius. Facta autem biennij puella,
dixit Ioachim Annę uxori suę : Intro-
ducamus eam in templum Dei, ut red-
damus uotum nostrum, quod promi-
simus: ne forsan à nobis auferat Deus,
succenseat ue in nos.

Et dixit Anna : Expectemus tertiū
annū, ne forsan requirat puella patrē et
matrē, Et dixit Ioachim: Expectemus.

Et facta

* *Maria,*
nomē pro-
phetissę so-
roris Mo-
sis. Sonat
autem a-
maritudi-
nē : quam
experta
est uirgo
mater, iu-
xta dictum
Symeonis.

Et facta est triennis puella. Et dixit
Ioachim: Vocate puellas Hebræorum
immaculatas, & accipiant singillatim
lampades, & sint accensæ, nec conuer-
tatur puella in posteriora, & abduca-
tur mens eius ex templo Dei. Et fece-
runt sic, donec ingressæ sunt templum.

Et recepit eam princeps sacerdo-
tum, & osculatus est eam, & dixit: Ma-
riam, magnificauit Dominus nomen
tuum in cunctis generationibus: & in
ultimis diebus manifestabit Domi-
nus in te precium redemptionis suæ
filijs Israel.

Et cōstituit illam super tertium gra-
dū altaris, & immisit Dominus Deus
gratiam super ipsam, exultabatq; sub-
siliendo pedibus suis. Et dilexit eam to-
ta domus Israel.

Et descenderunt parentes eius, ad-
mirantes, & laudantes Deum, quia nō
est conuersa puella erga illos.

Erat autem Mariā instar columbæ
educata in templo Domini, et^b accipie-
bat cibum de manu angeli,

^a Virginum
gestamen,
symbolicum,
sine supersti-
tione ethni-
corum, uel in
optentium
Christiano-
rum. Parabo-
la x. uirgini-
bus etiam lā-
pades attri-
buit. Vt circa
tabernaculū
fuerunt foemi-
næ ueluti dia-
conissæ, ita il-
lo tempore,
&c. uelut An-
na prophe-
tissa, Luc. 2.

bat Christo
seruierunt
angeli, &
multis electis multifariam ministrarunt,

Duode-

Duodecim autem annorum facta,
 in templo Domini concilium sacerdo-
 tum factum est, dicentium: Ecce Ma-
 riā facta est annorū^c decem in templo
 Domini: quid faciemus illi, ne forsan
 maculetur, sanctificatio Domini Dei
 nostri: Et dixere sacerdotes principi sa-
 cerdotum: Tu sta ad altare Domini, &
 ora pro ea: & quicquid manifestauerit
 Deus, hoc faciemus. Intrauitq; prin-
 ceps sacerdotum, accepto dodecaco-
 done, in sancta sanctorū: et orauit pro
 ea. Et ecce angelus Domini adstitit, di-
 cēs ipsi Zachariæ: Zachariā exi, & cō-
 uoca uidos populi, & adferant lingu-
 li uirgā: & cui ostēderit Deus signum,
 huius erit uxor in custodiam.

^c In templo
 quidem. Nā
 tertio ætatis
 anno intro-
 ducta fuit.

Dodac. a nu-
 mero duode-
 nario nomen
 habet, oratu-
 lum uel ratio-
 nale, in quo
 12. lapides
 inscripti, no-
 mina 12. tri-
 buum.

Exiuerunt autē præcones per uni-
 uersam regionem Iudææ: & sonuit tu-
 ba Domini, & occurrerunt uniuersi.
 Ioseph autem abiecta securi, exiit ob-
 uiam illis. Congregatiq; abierunt ad
 summum sacerdotem, acceptis uirgis.
 Ab ipsis itaq; accipiēs uirgas, intrauit
 in templum, & orauit. Completaq; o-
 ratione,

Sortibus
 desponsa
 Mariam.
 Epipha-
 nius pau-
 lo aliter
 scripsit.

ratione accepit uirgas, & exiuit. Reddidit itaque singulis eorum, et signum in illis nō apparuit. Ultimā autem uirgā accepit Ioseph: & ecce columba exiit de uirga, & uolauit in caput Ioseph. Et dixit sacerdos Iosepho: Tu es sorte diuina electus, ut accipias uirginē Domini in custodiā apud te. Et contradixit Ioseph, dicens: Filios habeo, & sum senex, ipsa autem est iuuenula. Vnde timeo, ne fortē ridiculus siā filijs Israel. Dixit autē summus sacerdos Iosepho: Timeas Dominum Deum tuum: & recordare, quanta fecit Deus. Erant Dathan, & Abirom, & Coreh: quomodo aperta est terra, & deuorauit eos propter contradictionem suam: Nunc ergo time Deum Ioseph, ne fortē & ista sint in domo tua. Territus Ioseph, illā accepit, & dixit illi: Mariam, ecce ego te accipio de templo Domini, & derelinquam te domi, & uadam ad exercēdum meam œeodomicam fabrilem uerterem artem, & redibo ad te. Et Dominus custodiat te in omnibus diebus.

Factum

Factum est autem concilium sacerdotum dicentium: Faciamus uelum, seu operimentum pro templo Domini. Et dixit princeps sacerdotum: Vocate mihi uirgines immaculatas de tribu Dauid. Abeuntes itaq; & disquirentes inuenere septem uirgines: & meminit princeps sacerdotum ipsius Mariam, quod ipsa esset de tribu Dauid, & immaculata erat ante Deum. Et dixit princeps sacerdotum: Sortiamini mihi, quarum nebit aureum filum, * amianthum, & byssum, & sericum, & iacynthum, et coccinum, & ueram purpuram. Et ipsi Mariam contigit uera purpura & coccinus: & acceptis illis abiit in domum suam.

In illo autem tempore siluit Zacharias, & factus est pro illo Samuel. Vespere ad te uero, o Maria, locutus est Zacharias.

Dauidis soboles Mariam.

* Haud scio an legi debeat *at qui uisus, id est, non coinquinatium. Et hyacinthum pro iacynthum.*

De hoc silentio, Lucæ 1.

Mariam accepta purpura & cocco silauit. Et accepta hydria, exiit haurire aquam. Et ecce uox dicens illi: Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

Nuncium angelicum de filio dei nascituro. Matth. 1.

c a

Circum. Luc. 1.

Circumspiciebat autem Maria in dextra & sinistra, ut sciret, unde nam ista uox facta esset. Et tremefacta intrauit in domum suam, & deposuit hydriam. Et accepta purpura, sedit super sedem suam, ut operaretur. Et ecce angelus Domini adstitit in conspectu eius, dicens: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud uniuersorū Dominum, & concipies ex uerbo sancto ipso.

Et audiens Maria, cogitando disciptabat apud se: Si concipiam à Deo, et pariam, ut generat quæuis mulier. Et dixit angelus Domini: Non sic, ô Mariam. Virtus enim Dei obumbrabit tibi: ideo & quod nascetur ex te sanctus, uocabitur filius Dei. Et uocabis nomē eius Iesum. Ipse enim faciet saluum populum suum à peccatis eorum.

Et dixit Mariam: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Et confecta purpura, & cocco, adtulit ad sacerdotem, & benedixit illi, & ait: O Mariam, magnificatum est nomen tuū, & eris benedicta in uniuersa terra.

Concepta

Concepta autem exultatione, Maria abiit ad Elisabath cognatã suam, et *Luc. 1.*
pulsauit ad portam eius.

Et audiens Elisabath, proiecto coc-
cino, accurrit ad portam, & aperuit illi,
& ait: Et unde hoc mihi, ut ueniat ma-
ter Domini mei ad me? Quod enim in
me est, exiit, & benedixit tibi.

Latebant autem ipsam Mariam illa
mysteria, quæ locutus fuerat illi archã-
gelus Gabriel.

Et intuens in cœlum, dixit: Quæ *Sicut etiã*
nam sum ego, ut omnes generationes *miratur su*
me ita beatam dicant? Et trãsegit men- *per his quæ*
ses tres apud Elisabath. *dicebantur*
de filio Ie-

De die autem in diem uenter eius
intumescebat. Et timore percussa Ma-
ria, abiit in domum suam, et occultauit
se à filijs Israel. Erat autẽ annorum sex-
decim, quando hæc fiebant.

Facto autẽ illi sexto mense, ecce uenit *Lucta Iose*
Ioseph à suis œcodomijs, & intrãs in *phi, Mat. 1.*
domum suam, uidit eam grauidam. Et
demissa facie sua, proiecit seipsum in
terram, & planxit uehemẽter, dicens:

Qua'nam facie intuebor Dominum
 Deum? Quid autē orabo pro hac pu-
 ella? Quia uirginem accepi ex templo
 Domini Dei, & non custodiui. Quis
 mihi imposuit? Quis hoc mali fecit in
 domo mea, & uitiauit uirginem? Non
 ne in me est recapitulatione consum-
 mata historia Adami? Quoniam in ho-
 ra gloriæ eius intrauit serpens, & inue-
 nit Euam solam, et decepit eam. Sic sic
 reuera mihi cōtiguit. Et surrexit Ioseph
 de sacro, & accepta Mariam, dixit illi:
 O' quæ tantæ curæ Deo eras, cur hoc
 fecisti? & oblita es Domini Dei tui, tu
 quæ es educata in sancto sanctorum?
 Quid deiecisti animam tuam? quæ ci-
 bum de manu angelorū capiebas, cur
 hoc fecisti? Ipsa autem flebat amarissi-
 mē, dicens: Munda sum, & uirum non
 cognoui. Dixit autē illi Ioseph: Et un-
 de nam est ergo, quod in utero habes?
 Viuit Dominus Deus meus, quod
 non scio, unde hoc mihi est.

Et stupefactus est Ioseph, & persiste-
 bat cogitans: Quid de ea faciam? Et di-
 xit Ioseph

xit Ioseph: Si illius abscondam peccatum, inueniar reus in lege Domini: si ipsam traducam, & propalem filijs Israel, timeo ne parum iustum sit, & inueniar tradens sanguinem innocentem in iudicium mortis. Quid igitur de illa faciam? Equidem clam illam relinq̄am. Et occupauit eum nox. Et ecce angelus Domini apparet illi in somnis, dicens: Ne timeas hanc puellam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est: & uocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum, a peccatis eorum. Surrexit itaq; Ioseph a somno, & glorificauit Deum Israel, qui dedit illi gratiam, & custodiuit eam. Venit autem Annas scriba ad Ioseph, & ait illi:

Quare non adfuiisti synodo? Et ait illi Ioseph: Fessus eram de uia, & quieui prima die. Et conuersus scriba, uidit Mariam grauidam: abiitq; currens ad sacerdotem, & ait illi: Ioseph, cui testi- *siquidem*
moniū præbes, uehementer peccauit. *Mesias e-*
Aitq; sacerdos: Quid hoc? Et ait illi: *rat tunc in*
Virginem,

omniū expectatiōe, lege cautum fuit, ut quæcūq; foemina e tribu Iuda peperisset, aut ferret uterum, ad principes referretur: ut Postellus etiam ex Iudeorum libris annotauit.

* Mariam & Ioseph in iudiciū producuntur ob partum.

Virginem, quā acceperat ex tēplo Domini, foedauit, & furatus est eius nuptias, & non indicauit filijs Israel. Et respondens princeps sacerdotum, ait: Ioseph hoc fecit? Et ait Annas scriba: Mitte ministros, & inuenient ipsam grauidam.

Et abiere ministri, & inuenerunt, sicut dixit illis. * & adduxere illam & Ioseph in iudiciū, et dixit sacerdos: Mariam, quid hoc fecisti? & cur deiecisti animam tuam, quæ es educata in sancto sanctorum, quæ ex angeli manu cibum sumpsisti, & audiuisti mysteria ipsius, & exultasti in conspectu eius? Quid hoc fecisti? Ipsa autem flebat amare, dicens: Viuit Dominus Deus meus, quia munda sum in conspectu Domini, & uirum non cognosco. Et dixit sacerdos ad Ioseph: Quid hoc fecisti? Dixitq; Ioseph: Viuit Dominus Deus, & uiuit Christus eius, quia purus sum ab ipsa. Et dixit sacerdos: Ne dicas falsum testimonium, sed dicito uerum. Suffuratus es nuptias eius, & non

& non manifestasti filijs Israel, & non inclinasti caput tuum sub omnipotentis manu, ut benediceretur semē tuum. Et rursus dixit sacerdos: Restitue uirginem, quam accepisti à templo Domini. Et perfundebatur lachrymis Ioseph, & dixit sacerdos: Potabo uos a qua redargutionis Domini, & manifestabitur peccatum uestrū in oculis uestris. Et accepta aqua, sacerdos potauit Iosephum, & misit eum ad montana, & redijt sanus. Potauit & Mariam ipsam, & misit eam etiam ad montana, & redijt incolumis. Et miratus est totus populus, quod peccatum non sit manifestatū in ipsis. Et dixit sacerdos: Deus nō manifestauit peccatū uestrū, nec ego iudico uos. Et absoluit eos.

De aquis redargutionis, & iudicio suspectæ de adultério, Nū. 5.

Accepta itaq; Mariam Ioseph, abiit in domum suam gaudens, & glorificans Deum Israel.

Factum est autem decretum ab Augusto Cesare, ut describerētur omnes, qui erant in Bethlehem.

Et dixit Ioseph: Ego describī curabo filios

bo filios meos. De hac autem puella quid faciã? Quomodo illam inscribã? Vxorem ipsam inscribã? Atqui uxor mea non est. Ipsam enim in conseruationẽ accipi, ex templo Domini. Nonne filiam? Sed nouerunt omnes filij Israel, quòd non est mihi filia. Quid de hac faciã? Equidẽ in ipsa die Domini faciã, sicut uoluerit Dominus. Et strauit Ioseph asinam, & fecit eam conscendere super asinam.

^a Qui fratres Iesu dicitur, Marc. 6. Iacobus Alphæi filius, qui maior. Filij Ioseph, sed ex alia matre.

^a Iacobus autem & Symon sequebãtur à milibus tribus.

Duo populi separati in Christo, alter amplifrens eum, alter respiciens. Quos gemini Rebecæ etiam figurarunt.

Et conuersus Ioseph, uidit eam mœstam, & dixit in seipso: Forsan quod in ea est, ipsam contristat. Et rursus conuersus Ioseph, uidit eam ridentem, & dixit illi: O Maria, Quid hoc rei tibi est, quòd faciẽ tuam uideo quandoq; hilarem, quandoq; mœstam? Et dixit Mariam Iosepho: Quoniam * duos populos uideo in oculis meis: unum quidem flentem & gemebundum, alium autem exultantem & ridentem.

Et uenit media in uia, & dixit illi Mariam:

Mariam: Depone me ab asina, quia quod in me est, me urget, ut progrediatur. Et deposuit eam ab asina, & dixit illi: Vbi te inducam, & tegam pudenda: quia locus desertus est.

Et inueniens ibi * speluncam, intro- duxit eam, & præfecit illi filium suum. Et exiens perquirebat obstetricem in regione Bethlehem.

Cum autem obambulare Joseph, uideret polū cœlum uēstantem, & aerem obterrentem, & uolatilia in medio cursu cessantia: & aspiciens in terram, scapham cibariam positam uideret, & operatores recumbentes, quorum manus in scapha erant, & mandentes non mandebant: & qui manus attollebant, nil capiebant: & qui offerebant ori suo, nil afferebant: sed omnium facies erant intētæ sursum. Et ecce oues erant dispersæ, nec progrediebantur, sed stabant. Et eleuans pastor manum, ut percuteret eas cū uirga, manus eius stabat sursum: & aspiciens in torrentē fluminis, uidit ora hircorū imminentia quidem aquæ,

Positus est in ruinam & resurrectionem multorum.

* Eam sitam esse ad ortum oppidi Bethlehē, testatur Postellus.

Prodigium oblatū Josepho, nascēte Christo, representās perturbationē mundi non agnoscentis, neque recipientis seruatorē.

Plenior constructio, e' euāte pastore manum.

aquæ, sed non potantia: sed omnia sub momento ab ipso cursu erant impulsa.

Et ecce mulier descendens à montanis,

ait illi: Tibi dico ô homo, quò uadis?

Et ait: Obstetricem quero Hebræam.

Et dixit illi: Ex Israel es tu? Aitq̄ illi:

Sic. Illa aut̄ dixit: Et quæ est, quæ parit in

spelunca? Et ait illi: Quæ mihi est despõ

sata. Et ait illi: Nonne est uxor tua? Di

xitq̄ Ioseph: * Nõ est mea uxor, sed est

Mariam, educata in templo Domini:

et habet conceptum ex spiritu sancto.

Dixitq̄ illi obstetrix: Hõc ne uerũ est?

Dixit ei: Veni, & uide.

Et abiit obstetrix cum ipso. Et stetit

in conspectu speluncæ: et ecce nubes

lucida obũbrabat speluncam. & dixit

obstetrix: Magnificata est anima mea

hodie, quia uiderũt oculi mei stupẽda.

Repentẽ autẽ fuit nubes in spelun-

ca, & lux magna, ita ut oculi nostri non

ferrent. Paulatim uerò lux sese subdu-

xit, quousq̄ uisus est infans, & accipie-

bat ubera ab ipsius matre Mariam.

Et clamauit obstetrix, & ait: Ma-

gna mi-

* Negat u-
xorem esse
Mariã, ex
qua uideli-
cet ipse pro
creare uo-
luerit sobo-
lem: non
aut̄ coniu-
gẽ despon-
sam.

Ortus Mes-
sias per ange-
los pastoris
bus indica-
tus, etiã pro
digijs abys
illustratur.
Quid enim
magis admi-
randum, aut
ad salutem
necessariũ,

gna mihi hodie dies est, quia uidi hoc quam Dei fili
 spectaculum magnum. Exiitque obstre-
 trix ex spelunca, & obuiauit illi Salome-
 nem factu ex
 me. & dixit obstetrix ipsi Salomæ: Ma-
 gnū tibi spectaculum habeo narrare. *spiritu san-
 cto, & uirgē
 ne matre?*

Virgo genuit, quem non capit natura
 ipsius: & uirgo manet uirgo. Dixitque
 Salome: Viuit Dominus Deus meus,
 nisi scrutata fuero naturam eius, non *incredulitas
 feminae
 alioquin pi-
 æ, non abo-
 similis Tho-
 mæ incredu-
 litati. Quæ
 dum pœna
 inflicta es
 mendatur,
 omnes homi-
 nes admo-
 net ueritatē
 recipere.*

Et ingrediens obstetrix, dixit ipsi
 Mariæ: Reclina teipsam. magnum e-
 nim tibi certamen incumbit. Quum au-
 tē in ipso loco palpauit eam Salome, e-
 gressa est dicens: Væ mihi impiæ, &
 perfidæ: quoniam tentauī Deum uiuē
 tem. Et ecce manus mea igne ardens,
 cadit à me. Et flexit genua ad Deum, et
 ait: Deus patrum nostrorum memen-
 to mei, quoniam semen Abrahami, &
 Isaac, & Iacob sum. Et ne traducas me
 apud filios Israel, sed redde me paupe-
 ribus. Tu enim nosti Domine, quòd in
 nomine tuo omnes curas & operatio-
 nes meas complebam, & mercedem
 abs te

abs te recipiebam. Et angelus Domini adstitit, dicens ad eam: Salome Salome, audiuit te Dominus. Offer manū tuam puero, & gesta illum. erit enim tibi salus, & gaudium. Et accessit Salome, & gestauit eum, dicens: Adorabo ipsum, quia rex magnus natus est in Israel. Et gestato puero, repētē sanata est Salome, & exiit ē spelunca, iustificata. Et ecce uox ad eam dicens: Ne annuncies, quæ uidisti magna, donec ingrediatur puer in Ierusalem.

*Magorum
adoratio,
confitenti-
um Chri-
stum:
Matth. 2.*

Et ecce Ioseph paratus est exire in Iudæam. Et tumultus magnus factus est in Bethlehē. Inde enim uenere magi, dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum?

Vidimus enim stellam eius in oriente, & uenimus adorare ipsum. Et audiens Herodes, turbatus est: & misit ministros ad magos. Et accersiuit summos sacerdotes, & interrogabat eos, dicens: Quomodo scribitur de Christo: ubi nascitur? Dicunt illi: In Bethlehē Iudæ. sic enim scriptum est. Et dimisit eos.

misit eos. Et interrogauit magos, dicens ipsis: Quod nam uidistis signum de rege genito? Dicitur mihi. Et dixerunt illi magi: Stella eius nata est magna, & illuxit super stellas coeli, ita ut hebetarit eas usque adeo, ut non uideretur. Et sic nouimus, quod natus est rex magnus ipsi Israeli: & uenimus adorare eum.

Herodes autem dixit: Ite, & perquirite. Et si inueneritis, renunciate mihi, ut ego ueniens adorem eum. Et exierunt magi. Et ecce stella, quam uiderant in oriente, conducebat, quousque intrauit in speluncam, & stetit super caput speluncae. Et uiderunt magi puerum cum Maria matre eius, & adorauerunt eum. Extrahentesque dona de suis marsupijs, dederunt illi aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto ab angelo, ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. Videns autem Herodes, quod illusus esset a magis, iratus misit illuc homicidas, occidere omnes pueros, qui erant in Bethlehem, a biennio, & infra.

Et audi-

Et audiens Mariam, quòd occiderentur pueri, timore perculsa accepit puerum, & fascijs obuolutum, ipsum reclinauit in præsepio bouum.

Fuga seruatus Ioã. Baptista.

Elisabeth autem audiens, quòd Iohannes requireretur, conscendit in montana, & circumspectabat, ubi eum absconderet, & non erat locus absconsonis: & gemens Elisabeth, uoce magna dixit: O mons Dei, recipe matrē cum filio. nec enim poterat ascendere Elisabeth. Et repētē diuisus est mons, & illā recepit. Illuxit autem illis lux. Angelus enim Domini erat cum illis, custodiens illos.

Zacharie mors inter templū & altare. De quo Postellus autumat Dominum loqui, 23. Matthæi. Alij tamē

Herodes autem quærebat Iohannem. Et misit ministros ad Zachariam patrem eius, dicens: Vbi abscondisti filium tuum? Ipse autem respondit, dicens: Ego sum sacerdos ministrans Deo, & adisto templo Domini. Non noui ubi est filius meus. Et abiere ministri, & renunciarunt ista Herodi. Et iratus dixit: Filius eius est regnaturus super Israel, Et misit rursus ad Zachariam,

riam, dicens: Dic uerum, ubi est filius tuus? An nescis, quòd sanguis tuus sub manu mea est? Et iuere ministri, & denunciarunt talia ipsi Zachariæ. Dixit autem: Testis est Deus, quòd nescio, ubi est filius meus. Tu si uis, funde sanguinem meum. Spiritum enim Deus recipiet: quia sanguinem innocentem fundis. In templi Dei uestibulis, circa interseptum, Zachariæ est occisus.

Et abierunt sacerdotes ad horam salutationis. Et secundum cõsuetudinem, non obuiauit illis Zachariæ benedictio. Et cessarunt sacerdotes salutare illum, & benedicere altissimo. Tardate autem illo, timebant intrare. Unus autem eorum audens intrauit, & renunciauit sacerdotibus, quia Zachariæ est occisus. Et audientes, audentesque ingressi sunt, & uiderunt factum, & laquearia templi ululantia, & ipsa erant fissa à summo usque deorsum. Corpus autem eius non est inuentum, sed sanguis eius in templi uestibulis factus erat instar lapidis. Et tremefacti exierunt,

& annunciauere populo, quòd Zacharias esset occisus. Et audierunt tribus populi, & luxerunt ipsum, & plaxere tres dies, & tres noctes.

Simeon iustus pontifex.

Post tres autem dies conciliū fecere sacerdotes, quem pro illo substituerent. Et uenit fors super Symeon. Ille enim oraculo fuerat certificatus à spiritu sancto, quòd non uideret mortem, nisi uideret Christum in carne.

Ego autem Iacobus, qui & historiam scripsi, tumultu facto in Ierusalē, quem quidem suscitauit Herodes, subdixi me ipsum in desertum, quousque sedatus est tumultus in Ierusalē. Glorifico autem Deum, qui dedit mihi hoc munus, ut scriberem historiam hanc. Sit autem gratia cum his, qui timent Dominum nostrum Iesum Christum: cui gloria & fortitudo, cum æterno patre, & bono uiuificoque spiritu sancto, nunc & semper, & in secula seculorum: Amen.

E V A N G E L I U M

EVANGELIUM SE-
CVNDVM MARCVM.



ECENTIOR quidem inter-
stinctio Bibliorum distribuit Mar-
cum in XVI. Capita: rursumq;
capita per literas plures, aut pau-
ciores, proinde ut caput ipsum ex-
tentum est. Sed antiquior, quæ in codice peruetu-
sto, quo sum usus, ponitur, distribuit in XLVI.
capita, & uersus M D C C. Quæ capita non pi-
gebit huc transcribere: & in margine sacre histo-
ria, notas numerorum apponere.

- 1 De baptismo Iohannis: de Domino Iesu ba-
ptizato: de eius iciunio in deserto.
- 2 De prædicatione Domini Iesu: de apostolo-
rum uocatione: & de homine ab immundo spi-
ritu liberato.
- 3 De socru Petri febribus relaxata: de his, qui
a uarijs languoribus saluati sunt.
- 4 De prædicatione Domini in deserto: de mun-
datione leprosi.
- 5 De paralytico sanato, per tectum summisso.
- 6 De Iacobo Alphæi ad apostolatam uocato:
de discipulorum Iohannis & pharisæorum di-
sceptatione.
- 7 De discipulis sabbatho spicas uellentibus.
- 8 De hominis manu arida, sanitati restituta.

- 9 De populorum conuentu, & infirmorum curatione: de duodecim apostolorum nominibus.
- 10 De Iudeorum blasphemia: & de matre Domini, uel fratribus.
- 11 Parabola seminantis, & seminũ diuersorum.
- 12 De hominis seminantis semen, & metentis, & grani sinapis similitudine.
- 13 De discipulorum in mari periculo.
- 14 De homine à demonum legione liberato.
- 15 De filia archisynagogi: & de hæmorrhosa muliere.
- 16 Dominus ait, Propheta honorem in sua patria non habet.
- 17 De discipulis, ad prædicandum à Domino missis.
- 18 De obtruncatione Ioannis.
- 19 De Apostolorum refectio: & de quinque panibus, piscibusq; duobus.
- 20 Dominum super aquas discipulis aduenisse.
- 21 Questio manuum illotarum, Dominiq; responsio.
- 22 De Syrophœniis mulieris filia à demonio liberata.
- 23 De surdo, à Domino, mutoq; sanato.
- 24 De septem panibus: cauendumq; à Pharisæorum fermento.
- 25 De ceco inluminato.

- 16 *Quem, Dominum, prophetam homines æstima-*
rent.
- 27 *De transfiguratione Domini in monte: & à*
dæmonio cuiusdam filio liberato.
- 28 *De sua passione Dominus, resurrectioneque;*
apostolis antedicit.
- 29 *Si liceat uxorem dimittere, Dominus inter-*
rogatus.
- 30 *Et quia diues difficile saluabitur.*
- 31 *Suam secundo Dominus discipulis indicat pas-*
sionem, petitionemque; filiorum Zebedæi.
- 32 *De cæco nomine Bartimæo.*
- 33 *De pullo asinæ Domino adducto.*
- 34 *De fico aræti: uendentes, ementesque; tēplo aræti.*
- 35 *In qua potestate hæc Dominus saceret, à sa-*
cerdotibus arguitur: Domini uero responsio.
- 36 *De parabola uinæ locatæ cultoribus.*
- 37 *De interrogatione Phariseorum, si licet cen-*
sus Cæsari dari, responsio uera Domini.
- 38 *De septem fratrib. unâ habentibus mulierē:*
& alterius interrogatione, quod esset primum
mandatum in lege.
- 39 *Interrogatio Domini, quomodo scribæ dicāt*
Christum filium esse Dauid.
- 40 *De muliere duo minuta in Dei donaria ia-*
ctante.
- 41 *De templi destructione.*

- 42 De signis nouissimi temporis.
- 43 De muliere effundente unguentum Domini capiti: & Iudæ traditione.
- 44 De Domini cæna, & cætera, quæ in ea acta sunt: de Domini oratione: de traditione, Iudeorumq; inlusionc.
- 45 De passione Domini, & ijs quæ in ea gesta sunt.
- 46 De resurrectione Domini: et ubi Mariæ uel discipulis apparuit.

Porro in collectancis Suida legitur, Marcum Euangelistam habere titulos XXXXVIII. Capita uerò XXXVI. Quanquam in grecis Euangelistarũ codicibus, uelut in Theophylacti codice, reperiuntur capita LXVI. ut suspicio sit, in Suida notas numerorum esse deprauatas, & scriptum $\chi\sigma$ pro $\xi\sigma$. Ea capita etiã Latine expressi, et suis in locis margini inscripsi. Nam sunt indices, qui lectorem minus exercitatum adiuuant. Plura etiam capitula indicat Hieronymi commentarius, in fine dicens: Ducentesimo tricesimo quinto capitulo Marcus signa credentium cum Matthæo & Luca concordans enarrat. Quot etiã capita euangelij secundum Marcum, enumerat Ammonius.

55
 SANCTVM IESV CHRISTE

Euangelium, secundum Marcum.



NITIVM euangeliij IE- A

SV Christi, filij Dei, sicut

scriptum est in Esaia pro-

pheta: Ecce mitto angelū

meum ante faciem tuam,

qui pręparabit uiam tuā ante te. Vox

clamantis in deserto, parate uiam Do-

mini, rectas facite semitas eius. Fuit Io-

annes in deserto baptizans, & prædi-

cans baptismum poenitentię in remis-

sionem peccatorū. Et egrediebatur ad

illum omnis Iudęę regio, & Hieroso-

lymitę uniuersi: & baptizabantur ab

illo in Iordane flumine, confitētes pec-

cata sua. Et erat Ioannes uestitus pilis

cameli, & zona pellicea circa lumbos

eius: & locustas & mel syluestre ede-

bat. & prædicabat, dicēs: Venit fortior

me post me, cuius nō sum dignus, pro-

cumbens soluere corrigiā calceamen-

torum eius. Ego baptizauī uos aqua,

ille uerō baptizabit uos spiritu sancto.

Et factum est, in diebus illis uenit

Cap. 1.
 De Ioanne
 baptizan-
 te dominū
 in Iordane.
 Matth. 3.
 Luc. 3. Ma-
 lach. 3. Esa.
 40. Ioan. 1.
 Matth. 3.

Matth. 3.
 Luc. 3. Io-
 an. 1.

Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Ioanne in Iordane. Et statim ascēdens de aqua, uidit apertos cœlos, & spiritū sanctū tanquam columbam descendantem & manentē in ipso. Et uox facta est de cœlis: Tu es filius meus dilectus, in te complacui.

Matth. 4.

Luce 4.

Et statim spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tētabatur à satana, eratq; cum bestijs. Et angeli ministrabant illi.

Cap. 2. De uocatione Petri, Andreæ, et filiorū Zebedæi.

Matth. Lu

cæ, Ioan. 4.

Luce 5.

Postquam autem traditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilæam, prædicās euangelium regni dei, & dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquabit regnum Dei, pœnitēmini, & credite euāgelio. Et præteriēs secus mare Galilææ, uidit Simonem & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare: erant enim piscatores. Et dixit eis Iesus: Venite post me, & faciā uos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus, secuti sunt eū. Et progressus inde pusillum, uidit Iacobum Zebedæi

Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, & ipsos in nauî, componentes retia: & statim uocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in nauî, cum mercenarijs, secuti sunt eum.

Et ingrediuntur Capharnaum; & statim sabbatis ingressus in synagogā, docebat eos. Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docēs eos, quasi potestatem habens, & non sicut scribæ. Et erat in synagoga eorū homo in spiritu immundo, & exclamauit dicens: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene: uenisti perdere nos? Scio quòd sis sanctus Dei. Et cōminatus est ei Iesus, dicens: Obmutesce, & exi de homine. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans uoce magna, exiuit ab eo. Et mirati sunt omnes, ita ut cōquirerēt inter se, dicentes: Quid nam est hoc? Quæ doctrina hæc noua: quia in potestate & spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ.

Et protinus egredientes de synago

C
Matth. 4.

Luce 4.

Matth. 7.

Luce 4.

De demoniaco.

Cap. 3. De

*Socrus Pe-
tri.*

Matth. 8.

Luce 4:

ga, uenerunt in domū Simonis & An-
dreæ, cum Iacobo & Ioanne. Decūbe-
bat autem socrus Simonis febricitans.
& statim dicunt ei de illa. Et accedens
eleuauit eam, apprehēsa manu eius: &
continuò dimisit eā febris, & ministra-
bat eis. Vespere autē factō, cum occidisset
sol, afferebant ad eum omnes male
habentes, & dæmonia habentes: & e-
rat omnis ciuitas congregata ad ianu-
am. Et curauit multos, qui uexabantur
uarijs languoribus, & dæmonia multa
eijciebat, & non sinebat loqui ea, quia
sciebant eum.

*Cap. 4. De
ijs qui à
uarijs mor-
bis sanati
sunt.*

Et diluculò ualde surgens, egressus
abiijt in desertum locum, ibiç orabat.
Et profecutus est eum Simon, & qui
cū illo erant. Et cum inuenissent eum,
dixerūt ei: Quia omnes querunt te. Et
ait illis: Eamus in proximos uicos & ci-
uitates, ut & ibi prædicem: ad hoc e-
nim ueni. Et erat prædicans in synago-
gis eorum, & in omni Galilæa: & dæ-
monia eijciens.

De lepro-

Et uenit ad eum leprosus, deprecans
eum.

eum. & genu flexo, dixit: Si uis, potes me mundare. Iesus autem miseratus eius, extendit manum suam, & tangens eum, ait illi: Volo, mundare. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et comminatus est ei, & statim eiecit illum, & dicit ei: Vide nemini dixeris, sed uade ostende te principi sacerdotum: & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Moyses in testimonium illis. At ille egressus, cœpit prædicare & dif- famare sermonem: ita ut iam non posset manifestè in ciuitatem introire, sed foris in desertis locis esse. & conueniebant ad eum undiq̃.

CAPVT II.

ET iterum intrauit Capharnaum post dies: & auditum est, quod in domo esset: & confestim conuenerunt multi, ita ut nō caperēt, neq̃ ad ianuā. & loquebatur eis uerbū. Et uenerunt ad eum ferētes paralyticum, qui à quatuor portabatur, Et cum non possent offerre

so. Matth. 8

Lucæ 5.

Leuit. 14.

Lucæ 4.

A
Cap. 5. De
paralytico.

Matth. 9.

Lucæ 5.

offerre eum illi præ turba, nudauerunt
 tectum, ubi erat: & patefacientes, sub-
 miserunt grabatum in quo paralyticus
 iacebat. Cum autem uidiſſet Ieſus fidẽ
 illorum, ait paralytico: Fili, dimittun-
 tur tibi peccata tua. Erant autem illic
 quidam de ſcribis ſedentes, & cogitan-
 tes in cordibus ſuis: Quid hic ſic loqui-
 tur: blaſphemat. Quis poteſt dimittere
 peccata, niſi ſolus Deus? Quo ſtatim
 cognito Ieſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogi-
 B tarent intra ſe, dixit illis: Quid iſta cogi-
 tatis in cordibus ueſtris: Quid eſt faci-
 lius, dicere paralytico, Dimittuntur tibi
 peccata: an dicere, Surge, tolle graba-
 tum tuũ, & ambula? Vt autem ſciatis,
 quia poteſtatẽ habet filius hominis in
 terra dimittẽdi peccata, ait paralytico:
 Tibi dico, ſurge, tolle grabatum tuum,
 & uade in domum tuam. Et ſtatim ſur-
 rexit ille, & ſublato grabato abiit co-
 ram omnibus, ita ut admirarentur om-
 nes, & honorificarent Deum, dicen-
 tes, Quia nunquam ſic uidiſimus.
 Et egreſſus eſt ruruſ ad mare, om-
 nis q̄

nisq; turba ueniebat ad eum, & doce- *Iesu cum*
 bat eos. Et cum præteriret, uidit Leui *publicanis*
 Alphæi sedentem ad teloneum, & ait *edente.*
 illi: Sequere me. Et surgens secutus est *Matth. 9.*
 eum. Et factum est, cum accumberet *Lucæ 5.*
 in domo illius, multi publicani & pec- *C*
 catores simul discumbebant cum Iesu,
 & discipulis eius. Erant enim multi,
 qui & sequebantur eum. Et scribæ &
 pharisæi uidentes, quia manducaret cū
 publicanis & peccatoribus, dicebant
 discipulis eius: Quare cum publica-
 nis & peccatoribus manducat & bi-
 bit magister uester? Hoc audito, Iesus
 ait illis. Non necesse habent sani medi-
 co, sed qui male habent. Non enim ue-
 ni uocare iustos, sed peccatores.

Et erant discipuli Ioannis & phari- *1. Timoth. 2.*
 sæorum ieiunantes, & ueniunt, & di- *Matth. 9.*
 cūt illi: Quare discipuli Ioannis & pha- *Luc. 5.*
 risæorum ieiunant, tui autem discipuli
 non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nūquid
 possunt filij nuptiarum, quandiu spon-
 sus cum illis est, ieiunare? Quanto tem-
 pore habent secum sponsum, non pos-
 sunt

D sunt ieiunare. Venient autem dies, tū
 auferetur ab eis sponfus, & tunc ieiuna-
 bunt in illis diebus. Nemo assumentū
 panni rudis assuit uestimento ueteri: a-
 lioquin aufert supplementum nouum
 à ueteri, & maior scissura fit. Et nemo
 mittit uinum nouum in utres ueteres:
 alioqui disrumpet uinum utres, & ui-
 num effundetur, & utres peribunt: sed
 uinum nouum in utres nouos mitti
 debet.

Cap. 7. De
 discipulis
 uellentibus
 spicas sab-
 batho.
 Matth. 12.
 Luca 6.
 1. Reg. 21.

Et factum est iterū, cum sabbatis am-
 bularet per sata, & discipuli eius cœpe-
 runt progredi & uellere spicas. Phari-
 sæi autem dicebant ei: Ecce, quid faci-
 unt discipuli tui sabbatis, quod non li-
 cet. Et ait illis: Nunquam legistis, quid
 fecerit Dauid, quando necessitatem
 habuit, & esuriit ipse, & qui cum eo e-
 rant? quomodo introiuit in domum
 Dei, sub Abiathar principe sacerdotū,
 & panes propositionis manducauit:
 quos non licebat manducare, nisi so-
 lis sacerdotibus: & dedit eis, & qui cum
 eo erant. Et dicebat eis: Sabbatū pro-
 pter

pter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. Itaq; dominus est filius hominis, etiam sabbati.

CAPVT III.

ET intrauit iterū in synagogā: & erat ibi homo habens manū aridā. Et obseruabant eum, si sabbatis curaret, ut accusarent illum. Et ait homini habenti manū aridam: Surge in medium. Et dicit eis: Si licet sabbatis benefacere, an male? animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, dicit hominī: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illi. Exeuntes autem Pharisei statim cum Herodianis, consilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent.

Et Iesus cū discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eū, & ab Hierosolymis, et ab Idumæa, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, uene-

Cap. 3. De illo qui manū aridā habuit. Matth. 12. Lucæ 6.

Cap. 9.

B uenerunt ad eum. Et dixit discipulis suis, ut nauicula sibi deseruiret, propter turbam, ne comprimerent eum. Multos enim sanabat: ita ut irruerent in eum, ut illum tangerent, quotquot habebat plagas. Et spiritus immundi, cum illum uidebant, procidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius Dei. Et uehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum.

De apostolorum electione.

Matth. 10.

Luce 6.

Et ascendens in montem, uocauit ad se, quos uoluit ipse, & uenerunt ad eum. Et fecit ut essent duodecim cum illo, & ut mitteret eos predicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi daemonia. Et imposuit Simoni nomen Petrus: & Iacobum Zebedaei, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filij tonitruui: & Andream, & Philippum, & Bartholomeum, & Matthaeum, & Thomam, & Iacobum Alphaei, & Thaddaeum, & Simonem Cananaeum, & Iudam Iscariotem, qui & tradidit illum,

Et ue-

Et ueniunt ad domum: & conuenit iterum turba, ita ut non possent neque panem manducare. Et cum audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim, quoniam in furorem uersus est. Et scribe qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant: quoniam Beelzebub habet, & quia in principe demoniorum eijcit demonia. Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis: quomodo potest satanas satanam eijcere? Et si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare. Et si domus super semetipsam dispartiat, non potest domus illa stare. Et si satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem habet. Nemo potest uasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget: & tunc domum eius diripiet. Amen dico uobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata & blasphemiae, quibus blasphemauerunt: qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habebit remissionem in eternum, sed reus erit eterni

Cap. 10.

Matth. 9.

12. LUC. 11.

D

Matth. 12.

LUC. 12.

e

terni

terni delicti: quoniam dicebant, spiritum immundum habet.

*De matre
et fratrib.*

Matth. 12.

Luce. 8.

Et ueniunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum, uocantes eum. Et sedebat circa eum turba, & dicunt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris querunt te. Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea & fratres mei? Et circumspiciens eos, qui in circuitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.

CAPVT IIII.

Cap. 11. Parabola de semente.
Matth. 13.
Luce 8.

AET iterum cœpit docere ad mare: & congregata est ad eum turba multa, ita ut in nauim ascendens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua: Audite. Ecce exiit seminans ad seminandum: Et dum seminat, aliud cecidit circa uiam, & uenerunt uolucres, & comederunt illud. Aliud uerò cecidit super petrosa, ubi non habuit terram

terram multam, & statim exortum est,
 quoniam non habebat altitudinem ter-
 ræ: & quando exortus est sol, exarsua-
 uit: & eo quod non haberet radicem,
 exaruit. Et aliud cecidit in spinas: & a-
 scenderunt spinæ, & suffocauerunt il-
 lud, & fructum non dedit. Et aliud ce-
 cidit in terrā bonam, & dabat fructum
 ascendentem & crescentem: & affere-
 bat unum triginta, & unum sexaginta,
 & unum centum. Et dicebat: Qui ha- B
 bet aures audiendi, audiāt. Et cum es-
 set singularis, interrogauerunt eum hi
 qui cum eo erant duodecim, parabolā.
 Et dicebat eis: Vobis datum est scire
 mysteriū regni Dei: illis autem qui fo-
 ris sunt, in parabolis omnia fiunt, ut ui-
 dentes uideant, & non uideant: & au-
 dientes audiant, & non intelligant: ne
 quando conuertantur, & dimittantur
 eis peccata. Et ait illis: Nescitis parabo-
 lam hanc? & quomodo omnes parabo-
 las cognoscetis? Qui seminat, uerbum
 seminat. Hi autem qui sunt circa uiam,
 ubi seminatur uerbum, & cum audie-
 rint,

Esaiæ 6.

Matth. 13.

Lucæ 8.

Ioan. 12.

Act. 28.

Rom. 11.

rint, confestim uenit satanas, & aufert
 uerbum, quod seminatum est in cordi-
 bus eorum. Et hi sunt similiter, qui su-
 per petrosa seminantur: qui cum audie-
 rint uerbum, statim cum gaudio accipi-
 unt illud, & non habent radicem in se,
 sed temporales sunt: deinde orta tribu-
 latione & persecutione propter uerbum,
 confestim scandalizantur. Et alij sunt,
 qui in spinis seminantur: hi sunt, qui
 uerbum audiunt, & erumnæ seculi, &
 deceptio diuitiarum, & circa reliqua
 concupiscentiæ introeuntes suffocant
 uerbum, & sine fructu efficitur. Et hi
 sunt, qui super terram bonam semina-
 ti sunt: qui audiunt uerbum, & suscipi-
 unt, & fructificant, unum triginta, unum
 sexaginta, & unum centum. Et dicebat
 illis: Nunquid uenit lucerna, ut sub mo-
 dio ponatur, aut sub lecto? Nonne ut
 super candelabrum ponatur? Non est
 enim aliquid absconditum, quod non
 manifestetur: nec factum est occultum, sed
 ut in palam ueniat. Si quis habet au-
 res audiendi, audiat. Et dicebat illis: Vi-
 dete,

Matth. 5.

Luc. 8. &

21. Mat-
thæi 10.

Lucæ 8.

dete, quid audiatis. In qua mēſura men-
 ſi fueritis, remetiatur uobis, & adijcie-
 tur uobis. Qui enim habet, dabitur illi:
 & qui non habet, etiam quod habet,
 auferetur ab eo. Et dicebat: Sic eſt re-
 gnum Dei, quemadmodū ſi homo ia-
 ciat ſementem in terram, & dormiat, &
 exurgat nocte & die, & ſemen germi-
 net, & increſcat, dum nescit ille. Vltro
 enim terra fructificat, primū herbam,
 deinde ſpicam, deinde plenum frumē-
 tum in ſpica. Et cum ex ſe produxerit
 fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam
 adeſt meſſis. Et dicebat: Cui aſſimila-
 bimus regnum Dei? aut cui parabolæ
 comparabimus illud? Sicut granum ſi-
 napis, quod cum ſeminatum fuerit in
 terra, minus eſt omnib. ſeminibus quæ
 ſunt in terra: & cum ſeminatum fuerit,
 aſcendit, & fit maius omnibus oleri-
 bus, & facit ramos magnos, ita ut poſ-
 ſint ſub umbra eius aues cœli habitare.
 Et talibus multis parabolis loqueba-
 tur eis uerbum, prout poterant audi-
 re: ſine parabola autem non loqueba-
 tur eis.

Matth. 7.

13. 25. Luc.

6. Luc. 8.

19.

Cap. 11.

De para-
bola ſemen-
tis.

Matth. 13.

Lucæ 11.

tur eis. seorsum autem discipulis suis
differebat omnia.

Cap. 13.

De incre-
patione a-
quarum.

Matth. 8.

Luce 8.

D Et ait illis in illa die, cum serò esset fa-
ctum: Transeamus contra. Et dimittē-
tes turbam, assument eum, ita ut erat
in nauī: & aliæ naues erant cum illo. Et
facta est procella magna uenti, & flu-
ctus mittebat in nauim, ita ut implere-
tur nauis. Et erat ipse in puppi super
cervical dormiens, & excitant eū, & di-
cunt illi: Magister, non ad te pertinet,
quia perimus. Et exurgens commina-
tus est uento, & dixit mari: Tace, ob-
mutesce. Et cessauit uentus, & facta est
tranquillitas magna. Et ait illis: Quid ti-
midī estis? necdum habetis fidem? Et
timuerunt timore magno, & dicebant
ad alterutrum: Quis putas est iste, quia
& uentus & mare obediunt ei?

CAPVT V.

Cap. 14.

De legio-
ne.

Matth. 8.

Luce 8.

A ET uenerunt trans fretum maris in
regionem Gerasenorū. Et exeun-
ti ei de nauī, statim occurrit de monu-
mentis homo in spiritu immundo, qui
domicilium habebat in monumentis,
& neq̄

& neq̄ catenis iam quisquam poterat
eum ligare. quoniam saepe compedi-
bus & catenis uinctus, dirupisset ca-
tenas, & compedes cōminuisset: & ne-
mo poterat eū domare, & semper die
& nocte in monumentis & in montib.
erat, clamans & concidēs se lapidibus.
Vidēs autem Iesum à longè, cucurrit,
& adorauit eū, & clamās uoce magna
dixit: Quid mihi & tibi Iesu fili Dei
summi? Adiuuro te per Deū, ne me tor-
queas. Dicebat enim illi: Exi spiritus
immunde ab homine isto. Et interroga-
bate eum: Quod tibi nomē est? Et dicit
ei: Legio mihi nomen est, quia multi
sumus. Et deprecabatur eum multum,
ne se expelleret extra regionem. Erat
autem ibi circa montem grex porcorū
magnus, pascens. Et deprecabantur
eum spiritus, dicētes: Mitte nos in por-
cos, ut in eos introeamus. Et concessit
eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus im-
mundi, introierunt in porcos: & ma-
gno impetu grex præcipitatus est in
mare, ad duo milia, & suffocati sunt
e 4 in mari.

in mari. Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt uidere, quid esset factum: & ueniunt ad Iesum, & uident illum qui à dæmonio uexabatur, sedentem, uestitum, & sanæ mentis, & timuerunt. Et narrauerunt illis, qui uiderant, qualiter factum esset ei, qui dæmonium habuerat: & de porcis. Et rogare cœperunt eum, ut discederet de finibus eorum. Cumq; ascenderet nauim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio uexatus fuerat, ut esset cū illo. Iesus autem non admisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam, ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.

C Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur.

Cap. 15.

De filia archisynagogi. Matth.

6. Luca 8.

Et cum transcendisset Iesus in nauim rursus trans fretum, cōuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et uenit quidam de archisynagogis nomine Iairus, & uidens eum procidit ad pedes eius, &

eius, & deprecabatur eum multum, dicens: Quoniam filia mea in extremis est: ueni, impone manum tuam super eam, ut salua sit & uiuat. Et abiit cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant illum. Et mulier quę e- *De hamor*
rhousa.
 rat in profluuio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpeffa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat: cum audisset de Iesu, uenit in turba retro, & tetigit uestimentum eius. dicebat enim: Quia si uel uestimentum eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore, quia sana ta esset à plaga. Et statim Iesus in semet ipso cognoscens uirtutem, quę exierat de illo, conuersus ad turbam aiebat: Quis tetigit uestimenta mea? Et dicebant ei discipuli illius: Vides turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit? Et circumspiciebat uidere eam, quę hoc fecerat. Mulier autem timens & tremens, sciens quid factum esset in
 e s se, ue-

se, uenit, & procidit ante eum, & dixit
 ei omnem ueritatem. Ille autem dixit
 D ei: Filia, fides tua te saluam fecit: uade
 in pace, & esto sana à plaga tua. Ad-
 huc eo loquente, ueniunt ab archisyna-
 gogo, dicentes: Quia filia tua mortua
 est, quid ultra uexas magistrum? Iesus
 autem audito uerbo, quod dicebatur,
 ait archisynagogo: Noli timere: tantū-
 modo crede. Et non admisit quen-
 quam se sequi, nisi Petrum & Iacobum
 & Ioannem fratrem Iacobi. Et in do-
 mum archisynagogi: & uidet tumult-
 um, & flentes, & eiulantes multum.
 Et ingressus ait illis: Quid turbamini,
 & ploratis? puella non est mortua, sed
 dormit. Et irridebant eum. Ipse uerò e-
 iectis omnibus, assumit patrem & ma-
 trem puellæ, & qui secum erant: & in-
 grediuntur, ubi puella erat iacens. Et
 tenens manum puellæ, ait illi: Talitha
 cumi. quod est interpretatum: Puella,
 tibi dico, surge. Et confestim surrexit
 puella, et ambulabat. Erat autem anno
 rum duodecim, Et obstupuerunt stu-
 pore

pore magno. Et præcepit illis uehementer, ut nemo id sciret: & dixit dari illi manducare.

C A P V T VI.

ET egressus inde, abiit in patriam **A**
 suam, & sequebantur illum discipuli sui. Et factò sabbato, cœpit in synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes: Unde huic hæc omnia? & quæ est sapientia, quæ data est illi, & uirtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nonne iste est faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis? Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat illis Iesus: Quia non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et nõ poterat ibi uirtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manib. curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum. Et circũibat castella in circuitu, docens. Et conuocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis dato,

Cap. 16.

Matth. 23.

Luca 4.

Ioan. 4.

Cap. 17.

De aposto-
lorum man-

Matth. 10. bat illis potestatem spirituum immu-
Luce 9. dorū. Et præcepit eis, ne quid tollerēt

B in uia, nisi uirgam tantum: non peram,
 nō panē, necq; in zona æs, sed calceatos

* *Addunt*
Græci codi-
ces, ut in Ma
thæo legi-
tur: Amē di-
co uobis, tole-
rabilis erit
Sodomis aut
Gomorrhis
in die iudicij,
quàm ciuita
ti huic.

sandalijis: & ne induerentur duab. tuni-
 cis. Et dicebat eis: Quocunq; introieri-
 tis in domum, illic manete, donec exea-
 tis inde. Et quicunq; non receperint

uos, nec audierint uos: exeuntes inde,
 excutite puluerem de pedibus uestris
 in testimonium illis. * Et exeuntes præ-
 dicabant, ut pœnitentiam agerent: &
 dæmonia multa eijciebant, & unge-
 bant oleo multos ægros, & sanabant.

Cap. 12.
De Ioanne
& Hero-
de.
Matth. 14.
Luce 9.

Et audiuit rex Herodes: manifestū
 enim factum est nomen eius, & dice-

bat: Quia Ioannes baptista surrexit
 à mortuis, & propterea uirtutes operā-

tur in illo. alij autē dicebant: Quia He-
 lias est. alij uerò dicebant: Quia pro-

pheta est, quasi unus ex prophetis.

C Quo audito Herodes ait: Quem ego
 decollauī Ioannem, hic à mortuis relur-

rexit. Ipse enim Herodes misit, & te-
 nuit Ioannem, & uinxit eum in carce-

re, pro-

re, propter Herodiadem, uxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & uolebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum uirum iustum & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui coenam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quiduis, & dabo tibi, et iurauit illi: Quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cum exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis baptistæ. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens: Volo ut protinus des mihi in disco caput Ioannis baptistæ. Et contristatus est rex, Propter iusiurandum & pro-

& propter simul recubentes noluit eam
 contristare: sed misso spiculatore, praece-
 pit afferri caput eius in disco, & decol-
 lauit eum in carcere. Et attulit caput e-
 ius in disco, & dedit illud puellae, & pu-
 ella dedit matri suae. Quo audito, disci-
 puli eius uenerunt, & tulerunt corpus
 eius, & posuerunt illud in monumento.

Cap. 19.

De quinque
 panibus &
 duobus pi-
 scibus.

Matth. 14.

Luce 9.

Et conuenientes apostoli ad Iesum,
 renunciauerunt ei omnia, quae egerant,
 & docuerant. Et ait illis: Venite seor-
 sum in desertum locum, & requiesci-
 te pusillum. Erant enim, qui uenie-
 bant & redibant, multi, & nec spacium
 manducandi habebant. Et ascenden-
 tes in nauim, abierunt in desertum locum

seorsum. Et uiderunt eos abeuntes, &
 cognouerunt multi, & pedestres de om-
 nibus ciuitatibus cucurrerunt illuc,
 & preueniunt eos. Et exiens uidit tur-
 bam multam Iesus, & misertus est su-
 per eos, quia erant sicut oves non ha-
 bentes pastorem, & coepit illos docere
 multa. Et cum iam hora multa fieret, ac-
 cesserunt discipuli eius, dicentes: Deser-
 tus est.

Matth. 9.

Matth. 14.

tus est locus hic, & iam hora præterijt: *Luce 9.
Ioan. 6.*
 dimitte illos, ut euntes in proximas uil-
 las & uicos, emāt sibi cibos, quos man-
 ducent. Et respondēs ait illis: Date il-
 lis manducare. Et dixerūt ei: Euntes e-
 mamus ducētis denarijs panes, & dabi-
 mus eis manducare. Et dicit eis: Quot
 panes habetis: ite, & uidete. Et cum co-
 gnouissent, dicūt: Quinq; , & duos pi-
 sces. Et præcepit illis, ut accūbere face-
 rent omnes secundū cōtubernia super
 uiride scœnū. Et discubuerūt in partes:
 per centenos & quinquagenos. Et ac-
 ceptis quinq; panibus & duobus pisci-
 bus, intuēs in cœlum benedixit, & fre-
 git panes, & dedit discipulis suis, ut po-
 nerēt ante eos: & duos pisces diuisit o-
 mnib. Et manducauerūt omnes, & sa-
 turati sunt. Et sustulerunt reliquias fra-
 gmentorum duodecim cophinos ple-
 nos, & de piscibus. Erant aut, qui man-
 ducauerunt, quinq; milia uirorum.

Et statim coegit discipulos suos *Cap. 20.
Matth. 14.
Ioan. 6.*
 ascendere nauim; ut præcederent e-
 um trans fretum ad Bethsaidam, dum
 ipse

ipse dimitteret populum.

De ambulatione super aquis.

Et cum dimisisset eos, abiit in montem orare. Et cum serò esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et

Guidens eos laborantes in remigando (erat enim uentus contrarius eis) & circa quartam uigiliam noctis, uenit ad eos ambulans super mare, & uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eum ambulantem super mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes enim uiderunt eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dicit eis: Confidite, ego sum, nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit uentus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.

Matth. 14.

Et cum transfretassent, peruenerunt in terram Genesareth, & applicuerunt. Cumque egressi essent de nauis, continuo cognouerunt eum. Et percurrentes uniuersam regionem illam, coeperunt in grabatis eos, qui se male habebant, circumfer-

cunferre, ubi audiebant eum esse. Et quocumq; introibat in uicos, uel in uillas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut uel fimbriã uestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebãt.

CAPVT VII.

ET conueniunt ad eum pharisei, &

quidam de scribis, uenientes ab Hierosolymis. Et cum uidissent quosdam ex discipulis eius, cõmunibus manibus, id est, non lotis manducare panes, uituperauerunt. Pharisei enim & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditiones seniorum: et à foro, nisi baptizentur, non comedunt: & alia multa, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum, & urceorum, & aramentorũ, & lectorum. Et interrogabant eum pharisei & scribæ: Quare discipuli tui non

ambulant iuxta traditionẽ seniorum, sed cõmunibus manibus manducãt panem? At ille respondens, dixit eis: Bene prophetauit Esaias de uobis hy-

f pocritis, 29.

A

Cap. 27.

D: discipulis comedentibus illotis manibus.

Matth. 15.

B

De transgressione diuini mandati. Esa.

procritis, sicut scriptum est: Populus hinc labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me: in uanum autem me colunt, docentes doctrinas & precepta hominum. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptismata urceorū & calicum, & alia similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene irritum fecistis preceptum Dei, ut traditionem uestram seruetis. Moyses enim dixit: Honora patrem tuum, & matrem tuam: & qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri, Corban, quod est donum, quodcumque ex me tibi profuerit: & ultra non dimittitis eum quicquam facere patri suo, aut matri, rescindentes uerbum Dei per traditionem uestram, quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis.

C Et aduocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite. Nihil est extra hominem, introrsus in eum, quod possit eum coinquinare: sed quae

Exo. 20.

Deut. 5.

Eph. 6.

Exo. 21.

Leui. 20.

Prouerb.

20.

Matth. 15.

sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ coinquinant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et cum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis: Sic & uos imprudentes estis? Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare: quia non intrat in cor eius, sed in uentrem uadit, et in secessum exit, purgans omnes escas? Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominẽ. Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adultèria, fornicationes, homicidia, furta, auaritia, nequitie, dolus, impudicitie, oculi malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala abintus procedunt, & communicant hominem.

Et inde surgens abiit in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domum, neminem uoluit scire, & non potuit latere. Mulier enim statim, ut audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum,

Cap. 22.

De Syro-
phœnissa.

Matth. 15.

dū, intrauit, & procidit ad pedes eius.
 Erat autē mulier gentilis, Syrophœnisi-
 D sa genere. Et rogabat eum, ut dæmo-
 nium eijceret de filia eius. Qui dixit il-
 li: Sine prius saturari filios. Non est e-
 nim bonum, sumere panem filiorum,
 & mittere canibus. At illa respondit,
 & dicit illi: Vtiq; Domine. nam & ca-
 telli comedūt sub mensa de micis puer-
 rorum. Et ait illi: Propter hunc sermo-
 nem, uade: exijt dæmonium à filia tua.
 Et cum abiisset domum, inuenit puel-
 lam iacentem supra lectum, & dæmo-
 nium exijisse.

Cap. 23. De
 sabatho.
 Matth. 15.

Et iterum exiens de finibus Tyri, ue-
 nit per Sidonem ad mare Galilææ, in-
 ter medios fines Decapoleos. Et ad-
 ducunt ei surdum & mutum: & depre-
 cabantur eum, ut imponat illi manum.
 Et apprehendens eum de turba seor-
 sum, misit digitos suos in auriculas e-
 ius: expuens que tetigit linguam e-
 ius. Et suspiciens in cœlum, ingemuit,
 & ait illi: Effetha, quod est, adaperire.
 Et statim apertæ sunt aures eius, & so-
 lutum est

lutum est uinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Gen. i. Ec-
cles. 39.

CAPVT VIII.

IN diebus illis iterum cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducant: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in uia: quidam enim ex eis de longè uenerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Vnde istos quis poterit hic saturare panib. in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis, ut apponerent: & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos: &

A
Cap. 24.
De septem
panibus.
Matth. 15.

ipsum benedixit, et iussit apponi. Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor milia, & dimisit eos.

*De querē
t. b. signū.
Matth. 16.
Lucæ 12.*

Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, uenit in partes Dalmanutha. Et exierunt pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo signum de cœlo, tentantes eum. Et ingemiscens spiritu, ait: Quid generatio ista signum quærit? Amen dico uobis, si dabitur generationi isti signum.

Matth. 16.

Et dimittens eos, ascendit iterum nauim, & abiit trans fretum. Et obliti sunt panes sumere: & nisi unū panem, non habebant secum in nauī. Et præcipiebat eis, dicens: Videte, & caute a fermento pharisæorum, & fermento Herodis. Et cogitabant ad alterutrum, dicentes: Quia panes non habemus. Quo cognito, ait illis Iesus: Quid cogitatis, quia panes non habetis? nōdum cognoscitis, nec intelligitis? adhuc cæcaturum

*De fermento
Pharisæorum.*

eatum habetis cor uestrum? oculos ha-
 bentes non uidetis? & aures habentes
 non auditis? Nec recordamini, quan- *Ioan. 6.*
 do quinque panes fregi in quinq; mi-
 lia: & quot cophinos fragmentorum
 plenos sustulistis? Dicunt ei: Duode-
 cim. Quando & septem panes in qua-
 tuor milia, quot sportas fragmētorum
 tulistis? Et dicunt ei: Septem. Et dice- *C*
 bat eis: Quomodo nondum intelli-
 gitis? Et ueniūt Bethsaidam, & adducūt *Cap. 25.*
 ei cæcum, & rogabant eum, ut illum *De cæco.*
 rangeret. Et apprehensa manu cæci,
 eduxit eum extra uicum: & expuens
 in oculos eius, impositis manibus suis,
 interrogauit eum, si quid uideret? Et
 aspiciens ait: Video homines uelut ar-
 bores, ambulantes. Deinde iterū im-
 posuit manus super oculos eius, & cœ-
 pit uidere, & restitutus est, ita ut clarè
 uideret omnia. Et misit illū in domum
 suam, dicens: Vade in domum tuam:
 & si in uicū introieris, nemini dixeris. *Cap. 26.*

Et ingressus est Iesus & discipuli e- *De que-*
 ius in castella Cæsareæ Philippi, & in *stione in*
 uia in- *Cæsareæ.*

Matth. 16.

Luc. 9.

uia interrogabat discipulos suos, dicens
eis : Quem me dicunt esse homines ?

Qui responderunt illi, dicentes : Alij
Ioannem baptistam, alij Eliam, alij ue-
ro quasi unum de prophetis. Tunc di-
xit illis : Vos uero, quem me esse dicitis ?

D Respondens Petrus ait ei : Tu es Chri-
stus. Et comminatus est eis, ne cui dice-
rent de illo. Et cepit docere eos, quo-
niam oportet filium hominis pati mul-
ta, & reprobari a senioribus, & a sum-
mis sacerdotibus, & scribis : & occidi,
& post tres dies resurgere. Et palam
uerbum loquebatur. Et apprehendens
eum Petrus, cepit increpare eum. Qui
conuersus & uidens discipulos suos,
comminatus est Petro, dicens : Vade
retro me satana : quoniam non sapis,
quae Dei sunt, sed quae sunt hominum.

Matth. 16.

10. Luc. 9.

14. 17.

Ioan. 12.

Et conuocata turba cum discipulis
suis, dixit eis : Si quis uult me sequi, ne-
get seipsum, & tollat crucem suam, &
sequatur me. Qui enim uoluerit ani-
mam suam saluam facere, perdet eam :
qui autem perdiderit animam suam pro-
pter

pter me & euangelium, saluam faciet
eam. Quid enim proderit homini, si lu-
cretur mundum totum, & detrimentū
animæ suæ faciat? Aut quid dabit ho-
mo cōmutationis pro anima sua? Qui *Matth. 10.*
enim me confusus fuerit, & uerba mea *LUC. 9. 12.*
in generatione ista adultera & pecca-
trice, & filius hominis confundet eum,
cum uenerit in gloria patris sui cum an-
gelis sanctis.

C A P V T I X.

ET dicebat illis: Amen dico uobis, **A**
quia sunt quidā de hic stantibus, *Cap. 27.*
qui non gustabunt mortem, donec ui- *De trāsfor-*
deant regnū Dei ueniens in uirtute. Et *matione Ie-*
post dies sex assumpsit Iesus Petrū, et *su. Matth.*
Iacobum, & Ioannem: & ducit illos in *16. 17. Lu-*
montē excelsum seorsum solos, & trās *ca 9.*
figuratus est coram ipsis. Et uestimen-
ta eius facta sunt splendentia & candi-
da nimis uelut nix, qualia fullo nō po-
test super terram candida facere. Et ap-
paruit illis Elias cum Moyse, & erant
loquentes cum Iesu: Et respondens Pe-
trus ait Iesu: Rabbi, bonum est nos hic
f s esse

esse: & faciamus tria tabernacula, tibi unum, & Moysi unum, & Heliae unum. Non enim sciebat, quid diceret: erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos, & uenit uox de caelo, dicens: Hic est filius meus charissimus, audite illum. Et statim circumspicientes, neminem amplius uiderunt, nisi Iesum tantum, secum.

Matth. 17. Et descendētib. illis de monte, praecepit illis, ne cui, quae uidissent, narrarent, nisi cum filius hominis à mortuis resurrexerit. Et uerbum continuerunt apud se, conquirentes quid esset, cum à mortuis resurrexerit. Et interrogabāt eum, dicentes: Quid ergo dicunt pharisaei et scribae, quia Heliam oporteat uenire primum? Qui respondens, ait illis: Helias cum uenerit primò, restituet omnia, & quomodo scriptum est in filium hominis, ut multa patiatur, & contēnatur. Sed dico uobis, quia & Helias uenit (& fecerunt illi quaecumque uoluerunt) sicut scriptum est de eo.

Et ueniens ad discipulos suos, uidit turbam

turbam magnam circa eos, & scribas *De lunati*
 conquiritentes cum illis. Et confestim *co. Mala.*
 omnis populus uidens Iesum, stupefa- *4. Matth.*
 ctus est, & expauerunt, & accurrentes *17. Luc. 9.*
 salutabant eum. Et interrogauit eos: C

Quid inter uos conquiritis? Et respon-
 dens unus de turba, dixit: Magister, at-
 tuli filiū meum ad te, habētem spiritum
 mutum: qui ubicunq; eum apprehen-
 derit, allidit illum, & spumat, & stri-
 det dentibus, & arescit: & dixi discipu-
 lis tuis, ut enīcerēt illum, & non potue-
 runt. Qui respondens eis, dixit: O' ge-
 neratio incredula, quam diu apud uos
 ero: quam diu uos patiar? afferte illum
 ad me. Et attulerunt eum. Et cum uidis-
 set eum, statim spiritus conturbauit il-
 lum, & elisus in terrā uolutabatur spu-
 mās. Et interrogauit patrem eius: Quā-
 tum temporis est, ex quo ei hoc acci-
 dit? At ille ait: Ab infantia, & frequen-
 ter eum in ignem & in aquam misit, ut
 eum perderet: sed si quid potes, adiuua
 nos, misertus nostri. Iesus autem ait il-
 li: Si potes credere, omnia possibilis D
 sunt

sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Crede Domine, adiuua incredulitatē meam. Et cum uideret Iesus concurrētem turbam, comminatus est spiritui immūdo, dicens illi: Surde & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eū. Et exclamans & multum discerpens eum, exiit ab eo: & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent: Quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. Et cum introisset in domū, discipuli eius secretō interrogabant eum: Quare nos non potuimus eijcere eū? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

E Et inde profecti, prætergredebantur Galilæam, nec uolebat quenquam scire. Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis: quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertia die resurget. At illi ignorabant uerbum, & timebant interrogare eum.

Et ue-

Caput 28.

Matth. 17.

Lucæ 9.

Et uenerunt Capharnaum. Qui cum
 domi esset, interrogabat eos: Quid in
 uia tractabatis? At illi tacebant, siqui-
 dem in uia inter se disputauerant, quis
 eorum maior esset. Et residens uocauit
 duodecim, & ait illis: Si quis uult pri-
 mus esse, erit omnium nouissimus, &
 omniū minister. Et accipiens puerum, **F**
 statuit eum in medio eorum: quē cum
 complexus esset, ait illis: Quisquis unū
 ex huiusmodi pueris receperit in nomi-
 ne meo, me recipit: & quicumq; me su-
 sceperit, non me suscipit, sed eum qui
 misit me. Respondit illi Ioannes, dicēs:
 Magister, uidimus quendam in nomi-
 ne tuo eijcientem dæmonia, qui non
 sequitur nos, & prohibuimus eum. Ie-
 sus autem ait: Nolite prohibere eum.
 Nemo est enim, qui faciat uirtutem in **1. Cor. 12.**
 nomine meo, & possit citò male loqui
 de me. Qui enim nō est aduersum uos, **Matth. 10.**
 pro uobis est. Quisquis enim potum
 dederit uobis calicem aquæ in nomine
 meo, quia Christi estis: amen dico uo-
 bis, non perdet mercedem suam.

Et quis-

De auferē

do scanda-

lo. Matth.

16. Luc. 17.

Et quisquis scandalizauerit unum
 ex his pusillis credentibus in me, bonū
 est ei magis, si circumdaretur mola ali-
 naria collo eius, & in mare mittere-
 tur. Et si scandalizauerit te manus tua,
 abscide illam. Bonum est tibi, debi-
 lem introire in uitam, quā duas ma-
 nus habentem ire in gehennam, in i-
 gnem inextinguibilem, ubi uermis eo-
 rum non moritur, & ignis non extin-
 guitur. Et si pes tuus te scandalizat,
 amputa illum. Bonum est tibi clau-
 dum introire in uiam eternam, quā
 duos pedes habentem mitti in gehennā
 ignis inextinguibilis, ubi uermis eo-
 rum non moritur, & ignis non extin-
 guitur. Quod si oculus tuus scandaliz-
 zat te, eijce eū: Bonum est tibi luscū in-
 troire in regnum Dei, quā duos oculos
 habentem, mitti in gehennam ignis:
 ubi uermis eorū non moritur, & ignis
 non extinguitur. Omnis enim igne sa-
 lietur, & omnis uictima sale salietur.
 Bonū est sal. Quod si sal insulsum fue-
 rit, in quo illud cōdietetis? Habete in uo-
 bis sal,

Esa. 56.

Matth. 5.

Luce 14.

bis sal, & pacem habete inter uos.

CAPVT X.

ET inde exurgens, uenit in fines Iu-
 dae ultra Iordanem, & conueni- Cap. 29.
 unt iterum turbæ ad eum: & sicut con- De interro-
 fueuerat, iterum docebat illos. Et acce- gantibus,
 dentes pharisei, interrogabant eum: Si num liceat
 licet uiro uxorem dimittere: tentantes uxorem re-
 eum. At ille respondēs, dixit eis: Quid pudiare.
 uobis præcepit Moyses: Qui dixerūt: Matth. 19.
 Moyses permisit libellū repudiij scribere Deut. 24.
 re, & dimittere. Quibus respondēs Ie-
 sus, ait: Ad duritiam cordis uestri scri- Gen. 1.
 psit uobis præceptū istud: ab initio autē creaturæ masculū & foeminā fecit eos
 creaturæ masculū & foeminā fecit eos Gen. 2.
 Deus, & dixit: Propter hoc relinquet 1. Cor. 6.
 homo patrē suum & matrē, & adhære Ephes. 5.
 bit ad uxorē suam, & erunt duo in car-
 ne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una
 caro. Quod ergo Deus cōiūxit, homo
 non separet. Et in domo iterū discipuli
 eius de eodē interrogauerunt eū. Et ait
 illis: Quicūq; dimiserit uxorē suam, & 1. Cor. 7.
 aliam duxerit, adulterium committit
 super eam, Et si uxor dimiserit uirum
 suum,

Matth. 19.

Lucæ 18.

suum, & alij nupserit, mœchatur.
 Et offerebant illi paruulos, ut tange-
 ret illos. Discipuli autem comminabân-
 tur offerentibus. Quos cum uideret Ie-
 sus, indignè tulit, & ait illis: Sinite paru-
 uulos uenire ad me, & ne prohibueri-
 tis eos: taliū enim est regnum Dei. A-
 men dico uobis, quisquis non receperit
 regnū Dei uelut paruulus, non in-
 trabit in illud. Et complexans eos, &
 imponens manus super illos, benedi-
 cebat eos.

Caput 30.

De diuite,
 qui Iesum
 interroga-
 uit.

Matth. 19.

Lucæ 18.

Exo. 20.

Et cum egressus esset in uiam, pro-
 currens quidam genu flexo ante eum,
 rogabat eum dicens: Magister bone,
 quid faciam, ut uitam æternam perci-
 piam? Iesus autem dixit ei: Quid me di-
 cis bonū? Nemo bonus, nisi unus De-
 us. Præcepta nosti? Ne adulteres: ne
 occidas: ne fureris: ne falsum testimo-
 nium dixeris: ne fraudem feceris: ho-
 nora patrem tuum, & matrem. At ille
 respondens, ait illi: Magister, hæc om-
 nia obseruaui à iuuentute mea. Iesus au-
 tem intuitus eum, dilexit eum, & dixit
 ei: V-

ei: Vnum tibi deest: uade, quæcumq;
 habes uende, & da pauperibus, & ha-
 bebis thesaurum in cælo, & ueni, se-
 quere me. Qui contristatus in uerbo,
 abiit mœrens: erat enim habens mul-
 tas possessiones. Et circumspiciens Ie-
 sus, ait discipulis suis: Quàm difficile,
 qui pecunias habent, in regnum Dei
 introibunt: Discipuli autem obstupe-
 scebant in uerbis eius. At Iesus rursus
 respondēs, ait illis: Filioli, quàm diffi-
 cile est, cōfidētes in pecunijs, in regnū
 Dei introire: Facilius est camelum per
 foramen acus transire, quàm diuitem
 intrare in regnum Dei. Qui magis ad- **D**
 mirabantur, dicētes ad semetipsos: Et
 quis potest saluus fieri? Et intuēs illos
 Iesus, ait: Apud homines impossibile
 est, sed non apud Deum. Omnia enim
 possibilia sunt apud Deū. Et post hæc
 cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimi-
 simus omnia, & secuti sumus te. Re-
 spondens Iesus ait: Amen dico uobis,
 nemo est qui reliquerit domū, aut fra-
 tres, aut sorores, aut patrē, aut matrem,
 g aut fi-

aut filios, aut agros, propter me, & propter euangelium, qui non accipiat centes tantum, nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, et in seculo futuro uitam æternam. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

E Erant autem in uia ascendentes Hierosolymam, & præcedebat illos Iesus. & stupebant, & sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim, coepit illis dicere, quæ essent ei uentura. Quia ecce ascēdimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus: & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magister, uolumus, ut quodcumq; petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid uultis ut faciam uobis? Et dixerunt: Da nobis, ut unus ad dexteram

Cap. 21.

Matth. 19.

Luc. 18.

De filijs

Zebedæi.

Matth. 20.

teram tuam, & alius ad sinistram tuam
 sedeamus in gloria tua. Iesus autē ait eis:
 Nescitis, quid petatis. Potestis bibere
 calicē, quem ego bibo: aut baptismo,
 quo ego baptizor, baptizari? At illi di-
 xerūt ei: Possumus. Iesus autem ait eis:
 Calicem quidem quem ego bibo, bi-
 betis: & baptismo, quo ego baptizor,
 baptizabimini: sedere autem ad de-
 xteram meam, uel ad sinistram, non est
 meum dare uobis, sed quibus paratum
 est. Et audiētes decem, cœperunt indi-
 gnari de Iacobo & Ioanne. Iesus au-
 tem uocans eos, ait illis: Scitis, quia hi Luc. 22
 qui uidentur principari gentibus, do-
 minantur eis: & principes eorum, po-
 testatem habent ipsorum. Non ita est
 autem in uobis: sed quicumq; uoluerit
 fieri maior, erit uester minister: & qui-
 cunq; uoluerit in uobis primus esse, e-
 rit omnium seruus. Nam & filius ho-
 minis nō uenit ut ministraretur ei, sed
 ut ministraret, & daret animam suam
 redemptionem pro multis.

Et ueniunt Hierichum, & profici-
 g a scente

Cap. 32. scente eo de Hiericho, & discipulis
 De Barti- ius, & plurima multitudine, filius Ti-
 mæo mæi Bartimæus cæcus, sedebat iuxta
 Matth. 20. uiam mendicans. Qui cum audisset, quia
 Lucæ 18. Iesus Nazarenus est, cœpit clamare, &
 dicere: Iesu fili David, miserere mei. Et
 comminabatur ei multi, ut taceret. At
 ille multo magis clamabat: Fili David
 miserere mei. Et stans Iesus, præcepit
 illum uocari. Et uocant cecum, dicentes
 ei: Animæ quior esto: surge, uocat te.
 Qui proiecto uestimento suo exiliens,
 uenit ad eum. Et respondens Iesus, di-
 xit illi: Quid tibi uis faciam? Cæcus au-
 tem dixit ei: Rabboni, ut uideam. Iesus
 ait illi: Vade, fides tua te saluum fecit.
 Et confestim uidit, & sequebatur e-
 um in uia.

CAPVT XI.

Cap. 33. **A**ET cum appropinquarent Hiero-
 De pullo oliuarum, & Bethaniæ ad montem
 asini. & ait illis: Ite in castellum, quod contra
 Matth. 21. uos est: & statim introeuntes illuc, in-
 Lucæ 19. uenietis pullum ligatum, super quem
 nemo

nemo adhuc hominum sedit: soluite illum, & adducite. Et si quis uobis dixerit, quid facitis? dicite, quia Domino necessarius est: & continuo illum dimittet huc. Et abeuntes, inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & soluunt eum. Et quidam de illic stantibus, dicebant illis: Quid facitis, soluentes pullum? Qui dixerunt eis, sicut preceperat illis Iesus: & dimiserunt eos.

Et duxerunt pullum ad Iesum, & imponunt illi uestimenta sua, & sedit super eum. Multi autem uestimenta sua strauerunt in uia. alij autem frondes caedebant de arboribus, & sternebant in uia.

Et qui praebant, & qui sequebantur, clamabant, dicentes: Osanna, benedictus qui uenit in nomine Domini, benedictum quod uenit regnum patris nostri David, Osanna in excelsis.

Et introiuit Hierosolymam in tempore plum, & circumspexit omnibus cum iam uespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim.

Et alia die cum exirent a Bethania,

g 3 esuriit.

IOANN. 12.

CAP. 34.

De ficu d-
refecta.

Matth. 21.

Luca 19.

esuriēt. Cumq̄ uidisset à longè ficum habentem folia, uenit, si quid fortè inueniret in ea. Et cum uenisset ad eam, nihil inuenit præter folia. non enim erat tempus ficorum. Et respondens, dixit ei: iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet. Et audiebant discipuli eius.

De numularijs eie-
ctis è templo.

Et ueniunt Hierosolymam: & cum introisset in templum, cœpit eijcere uēdentes & ementes in templo, & mensas numulariorū & cathedras uendendum columbas euertit, & non sinebat ut quisquam transferret uas per templum: & docebat, dicens eis: Nōne

Esā. 56.

scriptum est, quia domus mea, domus orationis uocabitur omnib. gentibus?

Hier. 7.

Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Quo audito, principes sacerdotum & scribæ quærebāt, quomodo eū perderent. Timebant enim eū: quoniam uniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Et cum uespera facta esset, egrediebatur de ciuitate.

Matth. 21.

Et cum mane transirent, uiderunt ficum

ficum aridam factam à radicibus. Et re-
cordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce fi-
cus, cui maledixisti, aruit. Et respon-
dens Iesus, ait illis: Habete fidē Dei.
Amē dico uobis, quia quicūq; dixerit
huic monti, tollere, & mittere in mare:
& nō hāsitauerit in corde suo, sed cre-
diderit, quia quod cūq; dixerit, fiat: fiet
ei. Propterea dico uobis, omnia quæ
cūq; orantes petitis, credite, quia acci-
pietis, & euenient uobis. Et cum stabi-
tis ad orandum, dimittite, si quid habe-
tis aduersus aliquē: ut & pater uester,
qui in coelis est, dimittat uobis pecca-
ta uestra. Quod si uos non dimiseritis,
nec pater uester qui in coelis est, dimit-
tet uobis peccata uestra.

*De fiducia
in Deum.*

*Matth. 7.
22.*

*De igno-
scentia.*

Luc. 11.

Matth. 6.

Eccles. 28.

D

Cap. 35.

*De princi-
pibus sacer-
dotum et se-
nioribus,
qui Domi-
num inter-
rogarunt.*

Matth. 21.

Luc. 20.

Et ueniunt rursus Hierosolymam.
Et cum ambularet in templo, accedūt
ad eum summi sacerdotes, & scribæ, et
seniores, & dicunt ei: In qua potestate
hæc facis? & quis dedit tibi hanc pote-
statem, ut ista facias? Iesus autem respō-
dens, ait illis: Interrogabo uos & ego
unum uerbum, & respondete mihi, &

dicam uobis, in qua potestate hæc faciam. Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? Respondete mihi. At illi cogitabant secum, dicentes: Si dixerimus, de cælo, dicit nobis: Quare ergo nõ credidistis ei? Si dixerimus, ex hominibus, timemus populum. Omnes enim habebant Ioannem, quia uerè propheta esset. Et respondentes dicunt Iesu: Nescimus. Et respondens Iesus, ait illis: Neque ego dico uobis, in qua potestate hæc faciam.

CAPVT XII.

Cap. 36.

De uinea.

Matth. 21.

Luc. 20.

Esa. 5. Hic

rem. 2.

AET cœpit illis in parabolis loqui. Vineam plantauit homo, & circumdedit sepem, & fodit lacum, & edificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus est. Et misit ad agricolas in tempore seruum, ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ. Qui apprehensum eum ceciderunt, & dimiserunt uacuum. Et iterum misit ad illos alium seruum: & illum in capite uulnerauerunt, & contumelijs affecterunt. Et rursus alium misit: & illum occiderunt,

occiderunt, & plures alios, quosdā cæ-
dentes, alios uerò occidentes. Adhuc
ergo unum habens filiū charissimum,
& illum misit ad eos nouissimum, di-
cens: Quia reuerentur filiū meum.
Coloni autem dixerūt adinuicem: Hic
est hæres; uenite, occidamus eum, &
nostra erit hæreditas. Et apprehen-
dentes eum, occiderunt, & eiecerunt
extra uineam. Quid ergo faciet Domi-
nus uineæ? Veniet, & perdet colonos,
& dabit uineam alijs. Nec scripturam
hanc legistis: Lapidem quem reprobau-
erunt ædificantes, hic factus est in ca-
put anguli. A Domino factū est istud,
& est mirabile in oculis nostris.

Psal. 117.

Esa. 28.

Act. 4.

Rom. 9.

1. Pet. 2.

Et quærebant eum tenere, & timue-
runt turbam. Cognouerunt enim, quo-
niam ad eos parabolam hanc dixerit.
Et relicto eo, abierunt.

Et mittunt ad eum quosdam ex Pha-
risæis & Herodianis, ut eum caperent
in uerbo. Qui uenientes, dicunt ei: Ma-
gister, scimus quia uerax es, & non cu-
ras quenquā: nec enim uides in faciem

Cap. 37.

De ijs qui

Dominum

interroga-

runt pro-

pter cen-
sum.

Rom. 13.

Cap. 38.

De Saddu-
cais.

Matth. 22.

Luc. 20.

Deut. 25.

hominis, sed in ueritate uiam Dei doce-
ces. Licet dare tributum Cæsari, an nõ
dabimus? Qui sciens uersutiã illorum,
ait illis: Quid me tentatis? afferte mihi
denarium, ut uideam. At illi obtulerunt
ei. Et ait illis: Cuius est imago hæc, &
inscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Respon-
dens autem Iesus, dixit illis: Reddite
igitur, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ
sunt Dei, Deo. Et mirabãtur super eo.

Et uenerunt ad eum Sadducaei, qui
dicunt resurrectionem non esse, & in-
terrogabant eum, dicentes: Magister,
Moyses nobis scripsit, ut si cuius frater
mortuus fuerit, & dimiserit uxorem, et
filios nõ reliquerit, accipiat frater eius
uxorem ipsius, & resuscitet semen fra-
tris suo. Septem ergo fratres erant: &
primus accepit uxorem, & mortuus
est, non relicto semine. Et secundus ac-
cepit eam, & mortuus est: & nec ille re-
liquit semen. Et tertius similiter. Et ac-
ceperunt eam similiter septem, & non
reliquerunt semen. Nouissima omniũ
defuncta est & mulier. In resurrectione
ergo

ne ergo cū resurrexerint, cuius de his erit uxor? septem enim habuerūt eam uxorem. Et respondens Iesus, ait illis: Nōne ideo erratis, non scientes scripturas, neq; uirtutem Dei? Cum enim a mortuis resurrexerint, neq; nubent, neq; nubentur, sed sunt sicut angeli in cœlis. De mortuis autem, quòd resurgant, non legistis in libro Moyſi, super rubum, quomodo dixerit illi Deus, in-
 quiens: Ego sum Deus Abraham, & *Exo. 3.*
 Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed uiuorum. Vos ergo multum erratis.

Et accessit unus de scribis, qui audie-
 rat illos conquirentes: & uidens quoniam bene illis responderit, interrogauit eū, quod esset primū omnium mandatū. Iesus autē respondit ei: Quia primū omnium mādatum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est: *Deut. 6.*
 & Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & ex tota uirtute tua. Hoc est primū mandatum. Secundum
 autem

Leuit. 19.

Matth. 22.

Rom. 13.

Galat. 5.

Iacob. 2.

autē simile est illi: Diliges proximum tuum tāquam teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. Et ait illi scriba: Bene magister, in ueritate dixisti, quia unus est Deus, & nō est alius prāter eum. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustis & sacrificijs. Iesus autem uidens quōd sapienter respondisset, dixit illi: Non es lōgē à regno Dei. Et nemo iam audebat eū interrogare.

D

Cap. 39.

De quæ-
stione Do-
mini.

Matth. 22.

Luce 20.

Psal. 109.

Et respondens Iesus dicebat, docēs in templo: Quomodo dicunt scribæ, Christum filium esse Dauid? Ipse enim Dauid dicit in spiritu sancto: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum: & unde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit.

Et dicebat eis in doctrina sua: Caute à scri-

te à scribis, qui uolunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis: Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium.

De illo, ut hypocrite sint religiosi. Matth. 23. Luc. 11. 20.

Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium: & multi diuites iactabant multa. Cum uenisset autem uidua una pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos, ait illis: Amen dico uobis, quoniã uidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt: hæc uerò de penuria sua, omnia quæ habuit, misit, totum uictum suum.

Cap. 40. De ea quæ duo minuta contulit. Luc. 21.

CAPVT XIII.

EV cum egrederetur de templo, ait illi unus ex discipulis suis: Magister, aspice, quales lapides, & quales structurae. Et respondens Iesus, ait illi: Vides

Cap. 41. De consumptione. Matth. 24.

Luce 19. Vides has omnes magnas ædificatio-
Cap. 42. nes? Non relinquetur lapis super lapi-
De die & hora. dem, qui non destruat. Et cum sederet
 in monte oliuarū contra templum,
 interrogabant eū separatim Petrus &
 iacobus, & Ioannes & Andreas: Dic
 nobis, quando ista fient? & quod si-
 gnum erit, quando hæc omnia incipiēt
 consummari? Et respondens Iesus, cœ-
 pit dicere illis: Videte, ne quis uos se-
 ducat. Multi enim uenient in nomine
 meo dicentes, quia ego sum: & multos
 seducent. Cum audieritis autem bella,
 & opiniones bellorum, ne timueritis.
 Oportet enim hæc fieri: sed nondum
 B finis. Exurget enim gens contra gen-
 tem, & regnum super regnum: & erūt
 terræmotus per loca, & fames. Initium
 dolorum hæc. Videte autem uosmet-
 ipsos. Tradent enim uos in concilijs,
 & in synagogis uapulabitis, & ante
 præsides & reges stabitis propter me,
Matt. 10. in testimonium illis. Et in omnes gen-
 tes primum oportet prædicari euange-
 lium, Et cum duxerint uos tradentes,
 nolite

nolite præcogitare, quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquamini. Non enim vos estis loquentes, sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus, propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit.

Cum autem uideritis abominationem desolationis, stantem ubi non debet (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes, & qui super tectum, ne descēdat in domum, nec introeat, ut tollat quid de domo sua: & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere uestimentum suum. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate uerò, ut hyeme non fiant. Erūt enim dies illi tribulationes tales, quales nō fuerūt ab initio creaturæ, quā cōdidit Deus usq; nūc, neq; fient. Et nisi breuiasset Dominus dies, nō fuisset salua omnis caro: sed propter electos,

Matth. 24.

Luc. 21.

Daniel. 9.

electos, quos elegit, breuiavit dies.
 Et tunc si quis uobis dixerit, Ecce
 hic est Christus, ecce illic, ne credideri-
 tis. Exurgent enim pseudochristi &
 pseudoprophetae, & dabunt signa &
 portenta ad seducendos, si fieri potest,
 etiam electos. Vos ergo uidete: ecce
 praedixi uobis omnia. Sed in illis dieb.
 post tribulationem illam, sol contene-
 brabitur, & luna non dabit splendorem
 suum, & stellae caeli erunt decedentes,
 & uirtutes quae in caelis sunt, mouebun-
 tur. Et tunc uidebunt filium hominis
 uenientem in nubibus cum uirtute multa,
 & gloria. Et tunc mittet angelos suos,
 & congregabit electos suos a quatuor
 uentis, a summo terrae usque ad summum
 caeli. A ficu autem discite parabolam.
 Cum iam ramus eius tener fuerit,
 & nata fuerint folia, cognoscitis,
 quia in proximo sit aestas: sic & uos, cum
 uideritis haec fieri, scitote quod in pro-
 ximo sit in ostijs. Amen dico uobis,
 quoniam non transibit generatio haec,
 donec omnia ista fiant, Coelum & terra transi-

ra transibunt, uerba autem mea non transibunt. De die autem illo, uel hora, nemo scit, neque angeli in caelo, neque filius: nisi pater. Videte, uigilate, et orate: ne scitis enim, quando tempus sit. *Matth. 24.*

Sicut homo qui peregre profectus, reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori precepit ut uigilet. Vigilate ergo: nescitis enim, quando dominus domus ueniat, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico, omnibus dico: Vigilate.

C A P V T X I I I I.

ERat autem pascha, & azyma post *A*
 ebudum: & quærebant summi sacerdotum & scribae, quomodo eum *Cap. 49.*
 do loco tenerent, & occiderent. Dicebant *Matth. 26.*
 autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset *Luc. 22.*
 Bethania in domo Simonis Leprosi, & *De ea quæ*
 recumberet, uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi pistice præcio *unxit Do-*
 si: & *minum un-*
guento.
Matth. 26.

Ioan. 12.

si: & fracto alabastro, effudit super caput eius. Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes: Vt quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim unguentum istud vendari plus quàm trecentis denarijs, & dari pauperib. Et fremebant in eam. Iesus autem dixit: Sinite eam, quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis uobiscum, & cum uolueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis. Quod habuit, hæc fecit. Præuenit ungere corpus meum in sepulcrum. Amen dico uobis, ubicunq; prædicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

B

Matth. 26.

Luc. 22.

Et Iudas Iscariotes, unus de duodecim, abiit ad summos sacerdotes, ut proderet eum illis. Qui audiētes gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniam se duros. Et querebat, quomodo illum opportunè traderet.

Cap. 44.

Et primo die azymorum, quando pascha

pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quò uis eamus, & paremus tibi, ut manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatē, & occurret uobis homo lagenā aquæ portans: sequimini eum, & quocunq; introierit, dicite domino domus, Quia magister dicit, ubi est refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducem: Et ipse uobis demonstrabit cœnaculum grande stratum, & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & uenerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha.

Vespere autem facto, uenit cum duodecim. Et discumbentibus eis, & manducantibus, ait Iesus: Amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me, qui manducat mecum. At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim: Nunquid ego? Qui ait illis: Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidē hominis uadit, sicut scriptum est de eo: uæ autem homini illi, per quem filius hominis trade-

De pascha.

Matth. 26.

Luc. 22.

De prodito

Christo.

Matth. 26.

Lucæ 22.

Ioan. 13.

C

Psal. 40.

1. Cor. 11. tur. Bonum erat ei, si nō esset natura ho-
mo ille. Et māducantib. illis, accepit le-
sus panē, & benedixit, fregit, & dedit
eis, & ait illis: Sumite, comedite, hoc
est corpus meū. Et accepto calice, gra-
tias agens dedit eis: & biberunt ex illo
omnes. Et ait illis: Hic est sanguis meus
noui testamēti, qui pro multis effunde-
tur. Amen dico uobis, quōd iam non
bibam de genimine uitis, usq; in diem
illum, cum illud bibam nouum in re-
gno Dei.

Cap. 45.
De nega-
tione Pe-
tri. Matth.
26. Luca
22. Ioan.
18. Ioan.
16. Zach.
23.
Et hymno dicto, exierūt in montem
oliuarum. Et ait eis Iesus: Omnes scan-
dalizabimini in me, in nocte ista. Quia
scriptum est: Percutiam pastorem, &
dispergētur oves. Sed postquam resur-
rexero, præcedam uos in Galileam. Pe-
trus autem ait illi: Et si omnes scandali-
zati fuerit, sed non ego. Et ait illi Iesus:
Amen dico tibi, quia tu hodie in no-
cte hac, priusquam gallus uocem bis
dederit, ter me es negatus. At ille am-
plius loquebatur: Et si oportuerit me si-
mul commori tibi, non te negabo. Si-
militer

militer autem & omnes dicebāt. Et ueniunt in pradium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis: Sedete hic, donec orem. Et assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannē secum, & cœpit pauere & tædere. Et ait illis: Tristis est anima mea usq̄ ad mortem: sustinete heic, & uigilate. Et cū processisset paululum, procidit super terrā, & orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora, & dixit: Abba pater, omnia tibi possibilisunt: transfer calicem hunc à me. sed non quod ego uolo, sed quod tu. Et uenit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon dormis? non potuisti una hora uigilare? Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationē. Spiritus quidem promptus est, caro uerò infirma. Et iterum abiens orauit, eundem, sermonem dicens. Et reuersus denuò, inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant, quid responderent ei. Et uenit tertio, & ait illis: Dormite iam, & requiescite. Sufficit: uenit hora: ecce filius hominis tradetur

detur in manus peccatorum. Surgite,
eamus: ecce, qui me tradet, propè est.

Matth. 26.

Luc. 22.

Ioan. 18.

Et adhuc eo loquente, uenit Iudas Isca-
riotes, unus de duodecim, & cū eo tur-
ba multa cū gladijs & lignis, à summis
sacerdotib. et scribis & seniorib. Dede-
rat aut traditor eius signū ei dicēs: Quē
cūq; osculatus fuero, ipse est, tenete eū,
& ducite cautē. Et cum uenisset, statim
accedens ad eum, ait: Rabbi. & oscula-
tus est eum. At illi manus iniecerunt
in eum, & tenuerūt eum. Vnus autem
quidam de circumstantibus, educens
gladium, percussit seruum summi sacer-
dotis, & amputauit illi auriculam. Et
respondens Iesus, ait illis: Tāquam ad-
latronem existis cum gladijs & lignis
comprehēdere me. Quotidie eram apud
uos in templo docens, & non me
tenuistis. Sed ut impleantur scripturæ.
Tunc discipuli eius relinquentes eum,
omnes fugerunt. Adolescens aut qui-
dam sequebatur eum, amictus sindo-
ne super nudo: & tenuerūt eum. At ille
reiecta sindone, nudus profugit ab eis.
Et ad;

Tren. 4.

Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, & conuenerunt omnes sacerdotes, & scribæ, & seniores. Petrus autem à longè secutus est eum, usq; intro in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. Summi uerò sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, ut eum morti traderent: nec inueniebant. Multi autem testimonium falsum dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes: Quoniam nos audiuius eum dicentem, Ego dissoluam templū hoc manufactum, & per triduum aliud nō manufactum edificabo. Et nō erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursus summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus fi-

F
De crimini-
bus intentis
Domino
apud sum-
mum sacer-
dotem.

Matth. 26.

Luca 22.

Ioan. 18.

IOAN. 2.

stus filius benedicti: Iesus autem dixit
 illi: Ego sum. Et uidebitis filium homi-
 nis sedentē à dextris uirtutis, & uenien-
 tē cum nubibus cœli. Summus autem
 sacerdos scindens uestimenta sua, ait:
 Quid adhuc desideramus testes: Audi-
 stis blasphemiam. quid uobis uidetur?
 Qui omnes condemnauerunt eum, ef-
 ferunt eum ad mortem. Et cœperunt quidam
 conspuere eum, & uelare faciem eius,
 & colaphis eum cœdere, & dicere ei:
 Prophetiza. & ministri alapis eum cœ-
 debant. Et cum esset Petrus in atrio de-
 orsum, uenit una ex ancillis summi sa-
 cerdotis: & cum uidisset Petrum calefa-
 cientē se, aspiciens illum ait: Et tu cum
 Iesu Nazareno eras. At ille negauit, di-
 cens: Neq; scio, neq; noui, quid dicas.
 Et exiit foras ante atrium, et gallus can-
 tauit. Rursus autem cum uidisset illum
 ancilla, cœpit dicere circumstantibus:
 Quia hic ex illis est. At ille iterū nega-
 uit. Et post pusillū rursus qui astabant,
 dicebant Petro: Verē ex illis es: nam et
 Galilæus es. Ille autem cœpit anathe-
 matizare

Matth. 26.

Lucæ 22.

Ioan. 18.

matizare & iurare: Quia nescio hominem istum, quem dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus uerbi, quod dixerat ei Iesus: Prius quam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cepit flere.

CAPVT XV.

ET confestim, mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis & uniuerso concilio, uincientes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum

A
De ijs que
passus est
apud Pilatum.

Matth. 27.

Luc. 23.

Ioan. 18.

Pilatus: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis.

Pilatus autem rursus interrogauit eum, dicens: Non respondes quicquam? uide in quâs te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus. Per diem autem festum so-

lebat dimittere illis unum ex uinctis, quemcunque petissent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditionis erat uinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset tur

De more,
uidelicet liberandi unum è uinctis.

ba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes.

Matth. 27.

Luc. 23.

Ioan. 18. 19.

Pontifices autem concitauerunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens,

B ait illis: Quid ergo vultis, faciam regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus uerò dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum. Pilatus autem uolens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradit Iesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur.

Matth. 27.

Ioan. 19.

Milites autem duxerunt eum intro in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, et imponunt ei plectentes spineam coronam. Et cœperunt salutare eum: Auerex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum: & ponentes genua, adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura

purpura, & induerunt eum uestimen-
tis suis: & educunt illum, ut crucifige-
rent eum.

Et angariauerunt prætereuntem *Matth. 27.*
quempiam Simonē Cyrenæum, ueni- *Luc. 23.*
entem de uilla, patrem Alexandri &
Rufi, ut tolleret crucem eius. Et perdu-
cūt illū in Golgotha locū, quod est in-
terpretatū, Caluariæ locus. Et dabāt ei
bibere myrrhatū uinū, et non accepit.

Et crucifigentes eum, diuiserunt ue- *Matth. 27.*
stimenta eius, mittentes sortem super *Luc. 23.*
eis, quis quid tolleret. Erat autem hora *Ioan. 19.*
tertia, & crucifixerunt eum. Et erat titu-
lus causæ eius inscriptus: Rex Iudæo-
rum. Et cum eo crucifigunt duos latro-
nes, unum à dextris, & alium à sini-
stris eius. Et impleta est scriptura, quæ *Esa. 53.*
dicit: Et cū iniquis reputatus est. Et præ-
tereuntes blasphemabant eum, mouē-
tes capita sua, & dicentes: Vah qui de- *Ioan. 2.*
struis templum Dei, et in tribus diebus
reædificas: saluum fac te ipsum, de-
scendens de cruce. Similiter & summi
sacerdotes illudētes, ad alterutrū cum
scribis

scribis dicebant: Alios saluos fecit, se-
 ipsum non potest saluum facere. Chri-
 stus rex Israel descendat nunc de cru-
 ce, ut uideamus, & credamus. Et qui
 cum eo crucifixi erant, conuiciabantur
 ei. Et facta hora sexta, tenebrae factae
 sunt per totam terram, usque in hora nona.
 Et hora nona exclamauit Iesus uo-
 ce magna dicens: Eloi Iamma Sabach-
 thani. quod est interpretatum: Deus
 meus, Deus meus, ut quid dereliquisti
 me? Et quidam de circumstantibus au-
 dientes dicebant: Ecce Elias uocat.
 Currens autem unus, & implens spon-
 giam aceto, circumponensque calamo,
 potum dabat ei, dicens: Sinite, uidea-
 mus si ueniat Elias, ad deponendum
 Deum. Iesus autem emissa uoce magna,
 expirauit. Et uelum templi scissum est
 in duo, a summo usque deorsum. Videns
 autem centurio qui ex aduerso stabat,
 quia sic clamans expirasset, ait: Vere
 hic homo filius Dei erat. Erant autem
 & mulieres de longe aspicientes, inter
 quas erat Maria Magdalene, & Maria
 Iacobi

Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome: & cum esset in Galilæa, sequebatur eum, & ministrabant ei: & alię multę, quę simul cum eo ascenderant Hierosolymam.

Et cum iam serò esset factum (quia erat parasceue, quod est ante sabbatū) uenit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnū Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur, si iam obiisset. Et accersito centurione, interrogauit eum, si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone: & posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidē ad ostium monumenti. Maria autē Magdalene & Maria Ioseph aspiciebant, ubi poneretur.

De postulacione corporis Domini.

Matth. 27.

Lucæ 23.

Ioan. 19.

CAPVT XVI.

ET cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Maria

Cap. 46. Salo. De sepul-

*tura.**Luce 24.**Ioan. 20.*

Salome emerunt aromata, ut uenientes ungerent eum. Et ualde manè una sabbatorum ueniunt ad monumentum, orto iam sole. Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde.

*De resurre
ctione Chri
sti. Matth.*

*28. Ioan.**29.*

B

*Matth. 26.**Suprà 14.*

*Quibus ap
paruit Do
minus post
resurrectio
nem.*

Et introeuntes in monumentum, uiderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dicit illis: Nolite expauescere: Iesum quaeritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic. ecce locus, ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, et Petro, quòd precedet uos in Galilaam. Ibi eum uidebitis, sicut dixit uobis. At illae exeuntes, fugerunt de monumento. inuaserat enim eas tremor & pavor, & nemini quicquam dixerunt: timebant enim. Surgens autem Iesus manè prima sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem daemonia. Illa uadens nunciavit his qui cum eo fuerant, lugentibus &

bus & flentibus. Et illi audientes quia uiueret, & uisus esset ab ea, non crediderunt.

Post hæc autem duobus ex his ambulabantibus, ostensus est in alia effigie, euntibus in uillam: & illi euntes nunciauerunt cæteris. *Lucæ 24.*

Nouissimè (nec illis crediderunt) re- *Matth. 28.*
cumbentibus illis undecim apparuit, *Lucæ 24.*
& exprobrauit incredulitatem eorum, *Ioan. 20.*
& duritiam cordis: quia his qui uiderant eum resurxisse, non crediderunt. *D*

Et dixit eis: Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni *Quomodo mandaue-*
creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uerò non cre- *rit aposto-*
diderit, condemnabitur. Signa autem *lis prædica-*
eos qui crediderint, hæc sequentur. In *tionem e-*
nomine meo daemonia eijcient: lin- *uanglij.*
guis loquentur nouis: Serpentes tol-
lent: & si mortiferum quid biberint,
non eis nocebit: Super agros manus
imponent, & bene habebunt.

Et Dominus quidem Iesus postquã *Lucæ 24.*
locutus est eis, assumptus est in cœlũ:
& sedit

& sedit à dextris Dei. Illi autem profetæ, prædicauerunt ubiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

EVANGELII SECUNDVM

Marcum, Finis.

VITA BEATI IOANNIS
ANNIS MARCI EVANGELISTÆ,
quam ex uarijs autoribus studiose
collectam, scripsit Theodorus
Bibliander.



Cripturus uitam beati Marci euangelistæ, qui præconio Christi Iesu, & uitæ sanctissimæ exemplo condidit ecclesiam Alexandrinã, ex qua profecti homines diuini, Felix, Exuperatius, & Regula, Tigurinã ecclesiam Euangelio Dei sacrosancto, & sanguine fuso pro Christi nomine inuictarunt: principio mihi diuinitus optarim concedi eam scribendi facultatem, que conueniret prædicandis uirtutibus, & præclaris dictis atq; factis excellentissimorum Dei amicorum.
Deinde

Deinde optarim, licuisset olim scriptoribus Ecclesiasticis per nominis Christiani persecutores improbos, ea diligentia scribere uitas Prophetarum, Apostolorum, Euangelistarum, Patriarcharum, Martyrum, & Confessorum Christi. quas sine omni fraude & impostura scriptas esse, plurimum refert: quae diligentia Suetonius Romanos Caesares, aut Diogenes philosophos, aut Plutarchus Romanos pariter & Graecos heroes celebrarunt. Aut saltē non fuisset postremis scriptoribus tanta libido & licentia, & audacia quidlibet fingēdi: neq; cepisset Christianum populum ea credulitas nimia, uel potius superstitio, quae pro uero & sancto acciperet, quicquid aliquo sacro sanctimonie adornatum producit. Namq; ut multa silentio praeteruolem, Iacobus de Voragine, Episcopus Genuensis, in historia Lombardica, uel potius in Aurea legēda, & Speculo sanctorum, & alij similes scriptores Ecclesiasticae Historiae, si dijs placet, ea de sanctissimis hominibus cōmentati sunt, quae neq; ipsis decora, nec Deo probata, neq; Christianis Ecclesijs utilia sunt. Quin uerissimē dici potest, recentiore istam de sanctis historiam, uel potius fabulosam narrationem, quae tamen nihil ueretur in templis Christianorū sese ostentare, continere quamplurima quae religioni Christianae aduersa & inimica sunt, & nullam interdū ueri similitudinem saltem praese ferunt. Quod uita beati Euangelistae

Marci planum faciet: quam, rogantibus fratribus nonnullis, scribere aggressus sum, non modo ea commemorans, quæ in historia diuina Testamenti noui, & in uetustissimis Ecclesie scriptoribus extant: sed etiã illa, quæ recetiores scriptores pro ueris & ueritatis tradiderunt, & in Ecclesia Romana recitantur palàm, & decantata sunt. Primum, ut hoc specimine exhibito, simpliciores discant rectius iudicare de Legendis sanctorũ, & non quæuis statim ceu diuinitus patefacta recipere. Deinde, ne quis possit exlũniari, me inuidia & odio scelerato in amicos Dei, mihi sanè charissimos & obseruãdissimos, prætermisisse illa. Proferam autè unumquodq; sub nomine sui autoris, & apponam regulas diuinas, quæ iudicium dirigant: nimirum dogmata fidei, & leges uiuendi, quæ sunt in sacris scripturis proposita.

NOMEN EVANGELISTAE

Ioannis Marci.

Ac narrationis quidem historice exordium reuerentissimè ducemus à nomine uiri sanctissimi, quod non raro testimonij & oraculi pòdus habet: soletq; non modo à scriptoribus Ecclesiasticis sepius explicari, sed etiã ab exteris autoribus non negligi. Nam & nomina, & prænomena, cognomina, agnomina reuocare solent ad etymologiã: unde nam dicti sunt Iulij, Cæsares, Augusti, Camilli, Fabij, Cicrones, Marci, Marcelli, & alij. Et Euangelistam quidem
hinc

hunc fuisse binominem, docent nos Apostolorum Acta cap. 12. Siquidem Petrus liberatus è carcere per angelum, dicitur uenisse ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus. Vbi Græci & Latini tractatores, eum ipsum Euangelistam esse adstruunt. Et Hieronymus eis adstipulatur in uita Barnabæ Apostoli. Act. etiam 15. cap. utrunq; nomen ponitur. Ceterû cap. 13. nomen Ioannis duntaxat ponitur, & 16. nomen Marci. Estq; in epistolis Pauli & Petri, & in ueterû Ecclesiæ scriptorum libris, Marci nomen celebrius. Nomen autē Ioannis, quod gratiâ Dei sonat, nobis ingerit cogitationē, ut in primario Ecclesiæ scriptore Dei gratiâ agnoscamus, & celebremus, & amulemur. Ceterû nomen Marcus ad originē Ebraicæ linguæ torquent, ut sonet excelsum, uel sublimē mandato, uel amarū, attritum, limatū, autore Hieronymo etiã in quæstionib. Ebraicis. Ineptius etiã, certū & declinatū exponūt, ut facit Genuësis in Aurea legēda. Idē præter fidem historie sacræ, in uita Barnabæ, nomē Marci, hoc est excelsi, hac de causa imposuū dicit: Iconij enim apparuisse illi uirū splendidū in uisu, et dixisse: Ioannes cōstans esto, quia amodo nō Ioannes, sed Marcus, id est excelsus, uocaberis. In lingua Græca μάργος sonat præceptū, et marcas beatū atq; felicē, ut uanaëges, autore Hesych. Verū neq; Ebraicæ linguæ, neq; Græcæ nomē est, sed Latine. et prænomē quidē antiquissimum:

quissimum: ut M. Fabius, M. Attilius, & alij docent. Ebraei autē à temporib. Machabæorū adsumpserūt gentium nomina tam Latina, quàm Græca: ut Iasones, Menelai, Timothei, Titi, Pauli, Philippi, Andree appellarētur. Quid autē sonet Marcus, deriuatio arguit. Nam Sextus Pompeius, Latine lingue interpres antiquus, à Marco deriuat marculū, quod numeratur inter instrumenta ferrea: eo enim extrahij monetam cudunt, & alij fabri opera sua cōficiunt. Proinde rectius Genuensis nomen hoc explicat in uita Marci, quàm in Barnaba, ut significet malleum maiorem. Vt enim ille istu eodem ferrum domat, malediam generat, incudem firmat: sic Marcus unica doctrina sui Euangelij domat hæreticorum perfidiam, dilatat laudem diuinam, cōfirmat Ecclesiam.

NATIO.

Israelitam fuisse, & Leuiticæ tribus hominem, asserunt præfationes in Euangelium Marci, quæ diuo Hieronymo attribuantur. Paulus certè numerat eum inter circumcisos. Et Augustinus testatur, eum à puero sacris literis incubuisse, quod non gētili, sed Ebraeo congruit. Ad hæc mater Mariam, & cognatio Ioseph Leuitæ, qui & Barnabas, uēdicant illum Israeliticæ nationi.

PATRIA.

An uerò Cyprius fuerit, ut Barnabas, an potius in Iudea natus, non habeo cōpertum. Matrem quidem eius

dem eius habitasse Hierosolymis, liquet cap. 12. Act. Sed non exprimit historia, parentes ne Marci semper Hierosolymis habuerint domicilium, an aliunde commigrauerint illò: sicut parentes Pauli ex uico Giscali Tarsum migrarunt.

G E N V S.

Marci Euangelistæ matrem Mariam sceminam Christianam fuisse, & in primis piam, uel inde patet, quòd domus illius Ecclesia fuit, & asyllum adeò fidelium. Petrus enim quum effugisset carcerem, & rictum leonis Herodis per opem diuinam, diuertit in domū Mariæ, ubi multi Christiani collecti erant, & orantes. Quidam ueteres existimarunt filium Petri Apostoli, propterea quòd in prioris Epistolæ sine scribit: Salutat uos Ecclesia, quæ est in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Ceterum Theophylactus post Chrysostomum exponit filium spirituale: & Beda expressius dicit Petri filium in baptisinate. cui astipulatur quædam præfatio Hieronymo adscripta, & lectiones Ecclesiasticæ. Porro Marcum, & Barnabam collegam Pauli, & Ecclesiæ Romanæ primarium doctorem, consobrinos fuisse. Paulus non relinquit dubium. Sic enim scribit ad Colossenses: Salutat uos Aristarchus cõcaptiuus meus, & Marcus Barnabæ consobrinus.

C O R P O R I S Q U A L I T A S

& cultus.

Scripturæ sanctæ mos est, in personarum descriptionibus non operose describere figuram corporis, & alia quæ inhaerent, aut accedunt corpori, ueluti cultum corporis, uestitum, arma, incessum, & similia: quæ dumtaxat leuiter attingit sacra historia, quum aliqua necessitas postulat. Itaq; Samuclis habitum legimus, quum Phytouissa eum excitasse putatur: Eliam pilosum, & Zona pellicea renibus accinctum, quum rex Ochozias de habitu ipsius sciscitatur: Eliseum caluum, quum pueri exprobrantes caluitium, à feris laniati memorantur. De Christi uestitu in passionis demum historia legimus. Quod silentium eloquij diuini, refutare existimo illorum præposteram religionem, qui sanctos, & sanctimoniam, & fidem ex picturis & statuis docere uolunt, quiq; uel præcipuam portionem Christianæ pietatis in uestitu collocant. Cæterum ne quid negligentia uel fraude hic prætermisisse uidear, apponam huc, quæ Romana Ecclesia etiam in templis celebrat. Fuit forma beati Marci huiusmodi: Longo naso, subducto supercilio, pulcher oculis, recaluaster, proluxa barba, habitudinis optimæ, ætatis mediæ, canis aspersus. Calciatum fuisse, & quidem detritis calceis Alexandriam uenisse, recentior historia etiam tradidit, maximè ob miraculū, quod suo loco referam.

ANIMI QUALITAS.

Marcum tanta claruisse doctrina, & uita continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret, non modo Breuiarium Romanum, sed etiam Hieronymus testis est. Recentior historia uirtutes eius celebrat his nominibus, quod fuerit affectione continens, gratia Dei plenus: tantæ autem humilitatis, ut pollicem sibi amputauerit, ne ad ordinem sacerdotij posset humano iudicio promoueri. Quod etiam sub diui Hieronymi titulo uulgatum est, in cuius præfatione quadam legitur: Deniq; amputasse sibi post fidem pollicem dicitur, ut sacerdotio reprobis haberetur. Quod Hieronymum & Sophronium in uita illius prætermisisse, non abs re miramur. Cæterum ne quem offendat, quod Marcus dextro pollice amputato sacerdotium & Episcopatum gessit, & mysteria peregit, creditur ei pollex diuinitus restitutus. ut dicit Antoninus in uita Marci. Utq; lectio Ecclesiastica habet, dispositio Dei, & autoritas sancti Petri præualuit, qui ipsum Alexandriam Episcopum etiam destinauit. Sentiant pij, uel me tacente, an sit Christianæ modestiæ, utq; isti aiunt, instinctus diuini, pollice se mutilare, ne mysteria salutis per Christum partæ, & ab ipso Christo ad gratiarum actionem, & laudes diuinas, itemq; ad hominum salutem instituta peragas. Sentiant, quàm uerisimile sit, Marcum,

qui sacerdotem egit in Iudaismo, qui Euangelium scripsit, antequam ablegaretur in Aegyptum, pollicem sibi amputasse, ut Christi sanctissimo ministro, & hominibus ad salutem in primis necessario ineptus fieret. Etsi uero Marcus sine exceptione laudari non potest, quippe qui Christum deseruit, offensus ipsius doctrina, ut paulo post ex Epiphania docebo: quem Paulus comitem repudiavit, propterea quod manu ad aratrum posita retro: sum spectauerat, & prouinciam susceptam ignaue deseruerat, in Pamphylia domum reuersus: tamen uera sapientia, & omni genere uirtutum egregie ornatum fuisse oportet, quem Paulus correctum magnopere praedicat, quem Deus Euangelio suo memoria sempiterna mandando elegit & adhibuit. de cuius sermone loco idoneo explicabitur.

EDUCATIO ET DISCIPLINA.

Postulat hic locus, ut idoneis testibus certum faciam, quod superius perstrinxi, Marcum fuisse iudaeum professione, & Leuitam, & à teneris annis institutum in lege Domini: ad haec ministrum, & tandem collegam praecipuorum Apostolorum, atq; in primis discipulum Iesu Christi. Iudaeum & circuncisum fuisse Marcum, discimus ex 4. cap. Epistole ad Coloss. Nam sic scribit Paulus: Salutem uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrini

Barnaba,

Barnabæ, de quo accepistis mandata: si uenerit ad uos, suscipite illum: & Iesus, qui dicitur Iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. Porro Leuitam fuisse, & sacerdotem inter Iudæos, indicat præfatio, quam plerique omnes Hieronymo tribuunt. Erasmus autem è Græca lingua translata[m] censet, in qua illud legimus: Marcus Euangelista Dei, Petri discipulus, Leuiticus genere, & sacerdos. Atq; ab infantia didicisse literas diuinas Augustinus quæstione 57. noui Testamenti hisce uerbis ostendit: Non potuit latere Marcū, quid scriberet. Nec enim expertus erat lectionis, qui ab infantia diuinis literis imbutus & exercitatus erat in lege, maximè cum Apostolos sit secutus. Vnum autem ex LXXII. Christi discipulis fuisse, testatur Epiphanius, Alogianos refutans: Hic Marcus, inquit, unus erat de LXXII. dispersis ob uerbum, quod dixerat Dominus: Nisi quis ederit carnem meam, & biberit meum sanguinem, non est me dignus: uelut Euangelij uerba legentibus clarè indicatur. Tamen per Petrum reuocatus, dignus euadit impleri spiritu sancto, & Euangelium tradere. Sed & Hieronymus in uita Marci, docet Petri fuisse discipulum & interpretem. Et ireneus libro tertio contra hæreses, Petri sectatorem & interpretem uocat. Acta etiam & literæ Apostolorum satis ostendunt, fuisse familiarem Petro,

Paulo, & Barnabæ, summis Apostolis.

FORTVNA ET CONDITIO.

Parètes Marci non extrema paupertate fuisse op-
pressos, sed aliquas opes possedisse, licet colligere ex
domicilio matris Mariæ, ad quod se fideles recipere
soliti fuerunt. An ipse uxore & liberos habuerit, ut
Petrus et Philippus: an coelebs uixerit, ut Ioânes et
Iacobus, nõ compertum habemus. Amici eius præci-
puè celebrâtur, Ananias ciuis Alexandrinus, calcea-
rius, hospes illius, què successorè in episcopatu cõsti-
tuit: et Hermagoras Aquileiensis, iridè hospes, et ab
eo episcopus ordinatus. Sacerdotio functû esse in In-
daismo, quippe Levitâ, antea dixi Et quia unus fuit
ex 72. discipulis, quos Dominus etiâ præcones Euân-
gelij designauit, munus illud ab ipso Domino inimi-
ctum gessit. Porrò quum laudi summæ tribuât pi-
quod Iosue ministrû egit Mosis, Eliseus Eliæ, Mar-
cus in hoc meritò clarissimus habetur, quòd Christo
primû, deinde tribus Apostolis primarijs administrat
& ouòs p̄yos extitit. Nam Paulû et Barnabâ Antio-
chie, ubi nomè Christianû exortû est, oraculo spiri-
tus sancti declaratos legatos ad gentes, Marcus diui-
na legatione comitatus est, ut Act. 13. legimus. Idem
reuersus è Pãphylia Hierosolymâ, cõcilio cû eis in-
terfuit. Licet enim ea desertione Paulû offenderat,
tamè ei recõciliatus est, & sedulò ministerio delictâ
illud resarsit. Et Barnabâ quidè consobrinû suum in
Cyprum

Cyprum comitatus est, ibiq; occisum ob Christi no-
 men fueratus est. Deinde Paulo doctore gentium
 tam fidum & strenuū se præbuit collaboratorem in
 Evangelio, ut eum ualde prædicet. Nam in epistola
 ad Philemonē, numerat Marcū inter adiutores suos
 cum Luca & Aristarcho. Et ad Coloss. scribens, po-
 nit inter adiutores suos in regno Dei. & qui ei præ-
 cipuè fuerūt solatio. Porro Timotheo scribēs: Mar-
 cum, inquit, adsume, & adduc tecum: est enim mihi
 utilis ad ministerium. Cum Petro autem fuisse Ro-
 me, ipse Apostolus indicat, Ecclesijs Asiæ salutem
 describens Marci nomine. Idem testatur Hierony-
 mus in uita Marci, & Eusebius in Historia Eccle-
 siastica, ex monumentis Clementis Episcopi Alexan-
 drini, & Papiæ discipuli Ioannis. Sed quo tempore
 uenerit Alexandriā, & quādiu Ecclesiā ibi constitu-
 tā rexit, paulo intricatius est traditū. Itaq; primò
 ueterè historiā reponere uisum est, deinde recentio-
 rē, postremò quid rationi temporū consentaneū sit.
 Dorotheus episc. Tyri temporib. Iuliani apostatæ,
 et martyr, ita scriptū reliquit: Euangelista Marcus,
 et primus Alexandriæ Episcopus, Alexandrinis et lo-
 cis finitimis circūquaq; ab Aegypto usq; Pēta-
 polim, prædicauit Euāgelium Domini. Idē Hieron. testatur,
 addēs adsumpto Euāgelio, quod Romæ cōfecerat,
 perrexisse in Aegyptū ac primū Alexandriæ Christiū
 annūciāse. Theophyl. id ipsum copiosius eloquitur:

Tandem

Tandem, inquit, Marcus cum Petro plurimam uitae consuetudinem habens, Romae quoque illi adfuit. Petierunt ergo fideles Romae illum, ut non solum conuocionaretur citra scriptum, sed etiam scripto eis Christianam institutionem exponeret. Quumque uix ab illis persuasus, Euangelium scripsisset, Petro id ipsum diuinitus patefactum est. Itaque uidit illud, et uerum esse confirmauit, et Marcum episcopum misit in Aegyptum. Vbi facta praeconio Euangelij, et Ecclesia constituta Alexandriae, omnes ad australe clima degentes luce Euangelica illustrauit. Porro Eusebius lib. 2. Historiae Ecclesiasticae tradidit, Annatum post Marcum Euangelistam, Ecclesiae apud Alexandriam sacerdotium suscepisse, anno primo imperij Neronis. Sed Irenaeus et Dorotheus tradidere, Marcum, Petro et Paulo martyrio affectis, quod factum est anno 14. Neronis, superstitem fuisse. Recentior historia sic nos instruit, ut lectio secunda Ecclesiae Romanae sonat: Videns Petrus Marcum constantem in fide, ipsum Aquileiam destinauit: ubi uerbum Dei praedicans, innumeras gentilium multitudines ad fidem Christi conuertit: ac Euangelium suum similiter ibidem scripsisse dicitur, quod quidem usque hodie in Aquileiensi Ecclesia ostenditur, et in deuotione congrua ibidem reseruatur. Addit etiam ista lectio, Hermagoram Aquileiae ciuem ad Petrum deductum esse Romam, et ab eo Pontificem illius Ecclesiae.

clesie creatum. Deinde Marcum Alexandriam mis-
 sum, ibi Ecclesiam condidisse, ordinato Episcopo
 Anania, & tribus presbyteris, septemq; diaconis.
 Cumq; Missam in solennitate Paschali celebraret, Missa quavis
 potuerit esse,
 alibi dicitur.
 Pontificum gentilium opera esse raptum ad suppli-
 cia. Quibus Aurea legenda addit, cōuerso ad fidem
 Christi Anania, & baptizato cum tota domo, pro-
 pter insidias Marcum abiisse Pentapolim: & post
 biennium reuersum Alexandriam, iuxta mare in ru-
 pibus Ecclesiā construxisse, in loco qui dicitur Bu-
 coli. Hec Lombardica historia, & lectiones Ecce-
 sie Rom. & alia id genus plura, quæ mox referam.

Mihi temporum seriem consideranti, & ueteris
 historie Ecclesiasticæ monumenta, is sermè rerum
 ordo probatur: Si Petrus Antiochiæ tenuit cathe-
 dram Apostolicam annos septem, ut Damasus Papa
 scripsit, anno quarto Claudij Caesaris uenit Romā,
 & non secūdo, ut Eusebius tradidit, nam anno pri-
 mo Caligulæ Antiochia demum recepit Euāgelium
 Christi. Caligulæ, cum regnasset annos tres, menses
 decem, successit in imperio D. Claudius Caesar. Eius
 anno quarto Herodes occidit Iacobum filium Ze-
 bedæi, & Petrum coniecit in carcerem, ut Act. 12.
 cap. legimus. Petrus autem liberatus, nimirum in ea
 persecutione Romam uenit, adsumpto Marco, qui
 ex Pamphylia domum redierat. Ac Romæ decimo
 anno post ascensionem Domini scripsit Euāgelium,

ut ue-

ut ueteres tradidere. Inde anno tertio reuersus est cum Petro Hierosolymam, & interfuit synodo, & postea cum Barnaba in Cyprum profectus est. Quae peregrinatione peracta, uenit in Aegyptum, & Alexandriae condidit Ecclesiam, quam Philo Iudeus uidit, & sub nomine Iesaeorum celebravit summis laudibus. Porro cum Paulus secundo Neronis anno ductus sit Romam, ut Act. cap. 28. testatur, probabile est, Marcum uenisse Romam octauo anno Neronis, credita interim Ecclesia Alexandriae Episcopo Ananiae. Petrus etiam post persecutionem, in qua Iacobus frater Domini, Episcopus Hierosolymitanus interijt, Romam reuersus, scripsit illic utraq; epistolam, in quarum priori mentionem facit Marci. Tumq; Marcus cum a Petro missum fuisse Aquileiam urbem Carniarum, non inficias iuero: sed ea lege, ut Marcus post martyrium Petri & Pauli sit Alexandriae reuersus, ubiq; uitam pro nomine Christi exposuerit, sicut et uetustissima historia Ecclesiae tradidit. Et quia non parum conducit, inspexisse formam Ecclesiae, quam Marcus Euangelista condidit Alexandriae, illam ipsam proponam ex probatissimis scriptoribus.

Ecclesia Christi a Marco instituta.

Epiphanius contra Nazoraeos disputans: Ab Antiochia, inquit, discipuli, & uniuersa Ecclesia Christiani uocari coeperunt. Reperies autem, o Philodose, etiam hoc argumentum in commentarijs Philonis, in libro de Iesaeis ab ipso inscripto: qui horum conuersionem

sationem, & laudes horū exequens, & monasteria
 ipsorū in uicina circū paludem Mariam recensens,
 non de alijs quibusdā narrauit, quā de Christianis.
 Is deductus ab ipsis ad monasteria eius loci, magnā
 uilitatē asecutus est. In diebus enim Paschatis illic
 uersatus, & uitam ipsorum uidit, & quomodo qui-
 dam per sanctam Paschatis hebdomadam omni esu
 dilato degebant: alij uerò interpositis duobus die-
 bus edebant, alij etiam in uesperam. Fuerunt autem
 haec omnia à uiro peracta, ad tractationē argumen-
 ti de fide ac conuersatione Christianorum. Tunc igitur
 uocabantur Iesū per modicū tēpus, post assum-
 ptionem Saluatoris, et Marco in Aegyptiorū regio-
 ne Euangeliū prædicante. Hieronymus autem in ui-
 ta ipsius Philonis ita memorat: Philo Iudaeus, natio-
 ne Alexandrinus, de genere sacerdotū, idcirco à no-
 bis inter scriptores Ecclesiasticos ponitur, quia li-
 brum de prima Marci Euangelistae apud Alexan-
 driam scribens Ecclesia, in nostrorū laude uersatus
 est: nō solū eos ibi, sed in multis quoq; prouincijs esse
 memorās, & habitacula eorū dicens monasteria. Ex
 quo apparet, talē primū Christo credentiū fuisse
 Ecclesiā, quales nunc monachi esse nituntur & cu-
 piunt: ut nihil cuiusquā propriū sit, nullus inter eos
 diues, nullus pauper. Patrimonia egētib; diuidūtur,
 orationi uacatur, et psalmis, doctrinae quoq; et cōti-
 nētiae: quales et Lucas refert primū Hierosolymis
 fuisse

In eadem Ec-
 clesia, tempo-
 re eodē ietu-
 num diuex-
 sum.

Monachi
 ueteres.

fuisse credentes. Hec omnia Eusebius Caesariensis
 prolixius memorat lib. 2. Histor. Ecclesiast. cap. 16.
 & 17. Extat etiam liber Philonis de Iesæis, aut ui-
 ta contemplatiua supplicum, Græcè & Latine, qui
 formam Ecclesiæ primitiue describit, qualem Hiero-
 solymis fuisse, & alibi, spectamus in Actis Apostolo-
 rum & qualem Samuel, Elias, Eliseus, & alij pro-
 phete tenuerunt, seuiente tyrannide. Ex qua insti-
 tutione Ecclesiastica, neq; Missa Papalis, neq; mo-
 nachatus superstitiosus quicquã habent patrociniij.

MORS, SEPULTURA, RELI-
 quia corporis, honores diuini.

De morte sanctissimi Euangelistæ lectio quarta
 Ecclesiæ Romanæ, quæ recitatur in ipsius ferijs, ita
 loquitur: Pontifices templorum eum cõprehendere
 conabantur Cum autem in solennitate Paschali bea-
 tus Marcus Missam celebraret, conuenerunt illuc
 omnes: & fune in collo eius misso, ipsum per ciuita-
 tem trahebant, dicentes: Trahamus bubalum ad lo-
 ca buculi. Sanctus autem martyr cum traheretur,
 gratias retulit Domino. & carnes eius in terram
 fluebant, & sanguine lapides rigabantur. Cumq;
 uesper adesset, miserunt eum in carcerem. Media
 autem nocte terræ motu facto, angelus Domini de-
 scendit & tetigit eum, dicens: Famule Dei Marce,
 & princeps, ecce nomen tuum in libro uitæ adscri-
 ptum est, & memoriale tuum non derelinquetur in
 seculum.

Missæ nomi-
 ne oportet
 cõnam Do-
 mini am in-
 telligere. Nã
 post septin-
 gētos annos
 uix misere
 contarcinata
 est Missa illa
 Papalis, qua
 nihil est ho-
 die quibusdã
 opimus &
 antiquius.

Seculum. Sed & ipse Dominus Iesus Christus ipsum
 uisitauit in habitu, quo fuerat cum discipulis suis in
 ea forma, antequam pateretur, eumq; confortauit,
 dicens: Pax tibi Marce, Euāgelista meus. Noli time-
 re, quia ego tecum sum, & eruam te. Sanctus uerò
 Marcus exultans ait: Gratias ago tibi Domine Iesu
 Christe, qui me nō dereliquisti: suscipe animā meam.
 Dum autem compleisset orationem, & mane factò,
 uenit multitudo ciuitatis, & educentes beatū Mar-
 cum de carcere, miserunt iterum funem in colum-
 eius, & traherent eum per ciuitatē. Sanctus autem
 Marcus dum traheretur, gratias egit Domino Iesu
 Christo, dicens: In manus tuas Domine commendo
 spiritum meum. & mox expirauit.

Mane autem factò, immanis multitudo gētilium
 succendentes ignem, uoluerunt reliquias beati Mar-
 ci comburere. Sed prouidentia Dei ualida tempestas
 exorta est, & procella uenti facta est grandis. Et in
 ea quoq; die sol radios suos subtraxit, tonitrua into-
 nane, fulguraq; coruscant, imberq; maximus à mane
 usq; ad uesperā perseuerabat, ita ut habitacula mul-
 torum corruerent, et plurimi occiderētur. Hoc me-
 tuentes custodes sacri corporis, fugerūt. Viri autem
 religiosi uenientes, & corpus iusti colligentes, detu-
 lerunt, ubi orationes solitæ erant celebrari Domi-
 no sine cessatione. Factis igitur orationibus, sepelie-
 runt beatū Marcum, sicut cōsuetudo ciuitatis erat.

Simplicius
 est, quod in
 Actis legi-
 mus, ut Pau-
 lo & Stepha-
 no Christus
 sit uisus.

Mos sepa-
 liendi.

h

Sic

Sic ergo beatus Marcus Euangelista, primus martyr Alexandria, ibidem requiescit in Domino: cui laus sit, & honor per aeterna seculorū secula. Haec etiam Genuensis inseruit Speculo suo.

Porro quum sexta lectio Romanae Ecclesiae dicat, Marcum Romae requiescere: alia cantio ita sonat, Gaude Sueuia, tantis honoribus à Deo praedita, habens inclytū martyrem apud te locatū, quem tenes clementissimum in caelo patronum. Fertur autem in caenobio insulae Acronij lacus, quā Diuitem augiam uocant, corpus Marci quiescere. Venetiae contra suo in gremio se Marcum habere existimant, templo illi magnificentissimo cōstructo. Sunt qui etiam mata manu eò translatum dicant, ut Antonius. Alij referunt, mercatores quosdam pecunijs corrupisse duos presbyteros, custodes corporis sancti Marci, & furtim sublatum corpus, Venetias aduexisse, ab incarnatione Christi anno 467. quando uix urbis moenia extructa fuerunt. Itaq; Raphael Volaterranus annotat annum 810. Sed quā facile fuit, mercatores isto infelici seculo decipi, aut fallere? quam antiqua, & spectatioris fidei historia haec refellit. Dorotheus enim Episcopus & martyr, ducentis circiter annis post excessum Marci, talia memorie nostrae tradidit: Imperante Rom. Traiano, Marcum Alexandria, fune in collum iniecto, tractū esse à locis quae appellantur Bonora, id est bubulci, usque ad loca

ad loca ἀγγέλων, id est, nunciorum: ibiq; ab insanis
 idolorum cultoribus combustum esse, mense qui ab
 Aegyptijs dicitur Pharmuthi, quiq; respondet Apri-
 li, & sepultum in loco βυόλυ. Quod uerò Hiero-
 nymus & Dorotheus sepultum esse dicunt, non re-
 pugnat uero, si de osibus uel cineribus intelligatur.
 Porro quod idem Hieronymus scripsit, Marcum
 octauo Neronis anno mortuum, sumptum uidetur
 ex Eusebij Chronologia & historia, sed non probè
 intellecta. scribit enim, Anianum tunc Episcopum
 Alexandriae ordinatum. Sed non statim sequitur,
 Marcum tum fuisse mortuum. Nam Paulus & Pe-
 trus in multis locis Episcopos ordinarunt, ad quæ
 tamen ipsi etiam sunt reuersi. Certè Irenæus uicinus
 Apostolorum temporibus, scribit Marcum propa-
 gasse doctrinam Euangelicam etiam post excessum
 Petri & Pauli.

Honores autem inelytus Dei seruus, dum uiue-
 ret, non alios adeptus est apud incredulū mundum,
 quam Christus Dominus: qui ueniēs in propria, non
 est à suis receptus. Atq; idem obuenturum suis disci-
 pulis, ut contempti & odiosi apud mundū sint, præ-
 dixit. Namq; Alexandrini pertinaces in idoloma-
 nia, quos tamē uir Dei studebat maximopere ad no-
 titiam Christi, uerbi cœlestis præconio adducere, et
 per Christum ad immortalē gloriam: ceu abiectis-
 simum cadauer, ad locum supplicij traxerunt, & ut

Honores
 Marci uiuō
 mortuōue
 exhibiti.

maleficum igne scelerato cōbusserunt. Sed preciosa est mors sanctorum in conspectu Domini, & gloria in Ecclesijs Dei. Hæc autem est uera gloria, summus honor, decus æternū, solida felicitas, quod per Dei gratiam uocatus in consortium & Ecclesiam Dei, Christum Seruatorē cognouit, & in eum creationem expressit: estq; dignus habitus, qui pro nomine Christi labores, pericula, difficultates plurimas, deniq; et mortē perferret. Nunc uerō ingressus in gaudium, & sempiternam gloriam Domini sui hereditatem cœlestem possidet: ac per scripturam Euangelij Dei æterni, omnium uerè sanctorum Ecclesiarum Iesu Christi doctor & magister eximius celebratur. Ad quam solidam felicitatē, quam Deus ipse beato Marco impendit, nihil pictæ ipsius imagines & icones, nihil statuæ fictiles, lignæ, argenteæ, aureæ, gemmæ, nihil aræ, templaq; magnifica, nihil dies feriat, nihil maiores aut minores litaniæ, et inuocatio, adoratioq; soli Deo uero debita, conferre possunt. Beato autem Euangelistæ Marco, ut omnibus cœlitibus, gratissimus ille cultus fuerit, qui & hominibus in terra est salutaris, ut uitam & doctrinam Christi principis summa in ueneratione habeant, euoluant dies noctesq; perdiscant, uita expriment: & in Christi similitudinē, quoad fieri potest, transformentur, quo etiam cum illo in cœlesti beatitudine

Cultus licitus, & memoria sanctorū.

tudine glorificentur. Sileant ergo inter Christianos
 preces ad Marcum, aut ad quamcunq; fuisse creatu-
 ram, & audiatur præceptum Dei: Dominum Deum
 tuum adorabis, & illi soli seruias. Patrocinium col-
 locetur non in hominibus quantumuis sanctis, sed in
 solo mediatore Dei & hominum Iesu Christo. Hymni
 ethnici uanis hominibus, & ignaris ac uacuis sapien-
 tia diuina grati, sanctis autem ingratis, obtice-
 scant. Celebretur autem sanctorum memoria sancte
 & religiose, ut Christus, ut Apostoli, prophetae, pa-
 triarchæ, & uerbis & exemplo docuerunt. Quam
 præclara & magna est laus hæc beati Euangeli-
 stæ, eademq; Deo grata, & hominibus ad doctrinam
 & exhortationem utilis? Sanctus Christi martyr,
 Deoq; dilectus Marcus, diuina * se præueniente * ipsum
 gratia, doctrinis & signis Christum reuelans populo leg-
 lis, martyrii palmam gaudens acquisiuit. Quodq; de
 conuersione Pauli, organi electi, etiam Romana de-
 cantat Ecclesia, uerbis paululum mutatis, comiti &
 collegæ Pauli, beato Marco aptetur. Deus qui uni-
 uersum mundum beati Pauli Apostoli prædicatio-
 ne docuisti, da nobis quæsumus, ut qui eius hodie
 conuersionem colimus, per eius ad te exempla gra-
 diamur. Ita & nos beati Euangelistæ memoriam in
 precibus & laudibus sanctis celebremus. Deus qui
 uniuersum mundum, maximè australem & occidentalem
 partem, prædicatione & scriptura Euangelica do-
 cisti,

cuius, da nobis quaesumus, hac anniuersaria & solenni memoria ipsius, omnibusq; diebus, per doctrinam & uitam unigeniti filij tui rectè sapere, & eius merito, eiusq; ducatu penitus ad te summum bonū conuerti. Deus, qui beatū Marcum Euangelistā tuum praedicationis Euangelicæ gratia sublimasti, tribue quaesumus, eius nos semper eruditione proficere: & Christi Iesu mediatoris unici, uniciq; seruatoris, in quem Marcus credidit, quem docuit, quem uixit, in quo moriens uitam æternam adeptus est, patrocinio semper defendi.

FACTA MARCI TVM ALIA,
tum prodigiosa, & miracula.

Ioannem Marcum à primis annis meditātū esse legē Domini, & sacerdotis officia in Iudaismo peregrisse, ut fecit Zacharias, pater Ioannis Baptiste, ut Iacobus frater Domini: deinde receptum in disciplinam & scholam Christi, Euangelium studiosissime perdidicisse, iam dictum est. Neq; tacitum reliquit, ut uitam ex praescripto & exemplo Christi pie sequeq; traduxerit, Euangelia ministrans cum Apostolis summis, cum quibus etiam pro Christi gloria, & Ecclesie incolumitate, multas difficultates, & pericula multa pertulit. In Aegypto autem, quondam ergastulo populi Dei, & officina superstitionis, & domicilio idololatriæ, atq; omnis impietatis, diuino instrumēto Euangelij, quod etiam monumentis literarum

rarum tradidit, ac superna uirtute spiritus sancti im-
 dutus, regnum diaboli destruxit: & Iesu Christi Ser-
 uatoris, ac Regis regum, & Pontificis catholici, fe-
 liciter condidit, Alexandriae cōstituta Ecclesia: quæ
 copia librorum, & ingenij atq; doctrinae præstan-
 tia, & exemplis sanctissimorū hominum diutissime
 floruit: donec loliū istud infelix Mahumedicæ per-
 fussionis, agrum Domini bene cultū, hominibus au-
 tem secure agemibus, occupauit. Ex qua etiam Ec-
 clesia sanctissima, facem istam impietatis Arium ex-
 citauit cacodæmon. Vt meminerint homines, nihil
 esse munitum satis aduersum astutias satanae, si non
 perpetuò & sedulo eius machinationes obseruent
 homines, & diuinis consilijs & ope auertant. Por-
 rò quum eam Ecclesiam multos annos Marcus gu-
 bernasset legibus diuinis, non traditionibus huma-
 nis: administratione sacramentorum legitima, non
 cauptione rerum sacrarum: inuocatione nomi-
 nis diuini, non funestissimis bellis, & armis carnali-
 bus, & brachio seculari: deniq; omnibus muneribus
 boni pastoris, tandem sanguinem etiam & uitam
 profudit pro Christi nomine. Atque fortiter in fide
 Christiana perseuerans usq; in finem, secutus exem-
 plum Christi, & tot sanctissimorum hominum, præ-
 uoluit documentum alijs etiam insecuturis: ut qui piè
 uolunt ac beatè uiuere, sese totos impendant Chri-
 sto: & per omnia discrimina, per saxa, per ignes,

ad brabeium æternæ felicitatis pertingant.

Porrò ne quis miraculorum, quæ Marcus, dum uiueret, aut defunctus iam edidisse creditur, recitationem dolo aut segnicie omiffam queratur, age gratificemur in hac parte nimis prodigiorum admiratoribus: & Christianæ religionis simplicibus sectatoribus ostendamus, non obscura documenta insidiarum atq; tendicularum diaboli, qui sub specioso titulo sanctorum, aram pietatis & salutis molitur euertere. Audiamus igitur Legendas aureas, & Specula, si dijs placet, sanctorum intueamur. Mox ut

Alexandriam est ingressus Marcus, subito calciamentum eius ruptum atq; solutum est. Quod in spiritu intelligens, ait: Verè expeditum fecit Dominus iter meum, nec me satanas impedire poterit, quem ab operibus mortuis iam Dominus absoluit. Videns autem Marcus quendam sutorem, uetera consuetem, eidem calciamentum tradidit corrigendum. Quod cum faceret, sinistram manum grauiter uulnerauit, ac fortè exclamare cœpit: Vnus Deus. Quo audito, uir Dei ait: Verè prosperum fecit Dominus iter meum. Factoq; luto ex sputo, manum eius unxit, & continuo sanitatem recepit: ac introducto Marco in suam domum, didicit ab eo fidem Christi. Quod miraculum Genuensis etiam commemorat in Speculo, & aliud huic simile, patratum à Marco post mortem. Vir quidam, dum in summitate campanilis S.

Marci

Maius miraculum in calciamento Marci, & Moysi.

Marci de Venetijs, quoddam operis exerceret, subitò cadit improuidè, membratim toto corpore laniatus. In ipso tamen casu suo S. Marci non immemor, eius patrocinium implorauit. Qui cadens, ex insperato cuidam ligno prominenti substitit: & dato fine, illæsus euasit, & ad opus pristinum consummandum deuotus assurgit.

Mirum profectò, quòd toto corpore laniatus, euasit illæsus.

Quomodo seua tempestas prohibuerit, ne corpus Alexandrini cõburerent, iam dictum est in morte Marci. Audiamus autem nunc, ut puniti sint, & ad credendum perpulsi, qui non statim crediderunt, corpus beati Marci Alexandria, ubi Dorotheus cõbustum asserit, Venetias nauigio transuehi. Quum enim quidam ex nauigantibus dixisset: Forsitan alius cuius Aegyptij corpus uobis datum desertis, & S. Marci corpus uos deferre putatis: continuo nauis, in qua erat corpus sancti Marci, per seipsam miraceleritate se uertit: & in nauem, in qua ille residebat, insurgens, lateris partem fregit, non prius dimittens, donec omnes ibidem corpus esse beati Marci credere acclamarent. Alius nauta incredulus, quòd isti secum ueherent corpus beati Marci, à demone arripitur: & tam diu uexatur, donec ad corpus sancti adductus, se credere confiteretur. Qui liberatus, gloriam Deo dedit, & beatum Marcum in deuotione magna deinceps habuit.

Mirabilis modus inducendi, uel potius cogendi homines ad credulitatem & confessionem.

Dictum est, ut Christus Marcum inuiserit in carcere.

cerere. Vicissim audiamus, ut Euangelista uita muneribus defunctus, uiuis apparuerit. Namq; anno 1247. Papiæ iuueni Fauentino Iuliano, Prædicatorij ordinis monacho, dum Prior cœnobij animam ageret, Marcus in somnis apparuit, testificans se in hora sui exitus eum uisitare: quia specialem in Marcum habuit deuotionem: & locum, ubi corpus eius requiescit, sedula deuotione uisitauit. Ac ne quis de fide miraculi dubitet, ipse autor Lombardicæ historie testatur, se ex isto iuueni illud audiuisse.

Psal. 45. In die tuæ tribulationis inuoca me, & eruum te, & honorificabis me. Et Psal. 106. Sedentes in tenebris, &c.

Quod congruit Pauli dictis, 2.

Thess. 2. Mitet eis efficaciam erroris.

Mantuae quidam in carcerem coniectus ab inuidis, triduo ieiunio se macerans, beati Marci patrocinium inuocauit. Qui ei apparens, iubet ut à carcere securus abscedat. Ille uerò dormitans, præ tædio neglexit parère iussionibus sancti, existimans illusionibus se deludi. Deinde secundo, & tandem tertio ei apparuit, & eadem similiter imperauit. Qui ad se rediens, & ostium apertum conspiciens, de carcere securus exijt, & instar stuppæ compedes mox contrefregit, dicq; media per medium custodū & aliorum hominum, à nemine uisus euasit. Qui ueniens ad S. Marci tumulum, exoluit deuotè debitū gratiarum.

Sed reuertamur ad nautica. Nocte quadam ignorantibus nautis quò ueheretur, iactati seuisima tempestate, sanctus Marcus apparuit monacho, sui corporis custodi, & admonuit deponi uela, quòd non longè abessent à terra. Quibus depositis, manè iuxta insulam

insulam quandam fuerunt. Aliquando nauis Saracenorum Venetis mercatoribus hostiliter occurrens, à Venetis, præcisís funib. pessundata est. Ea pessum eunte, unus è Saracenis uotum nuncupauit Marco, baptisma se Christi suscepturum, & uisitaturum limina ipsius, si conferret suum auxilium. Cui mox apparuit uir splendidus, & fluctibus ereptum collocauit cum alijs in nauim. Sed quã is ingratus, Alexandriae Marco liberatori suo uotum non solueret, iterum ei Marcus apparuit, & eius ingratitude reprehendit. Reuersus igitur Venetias, in baptismo accepto nomine Marci, in Christum perfectè credit, & in bonis operibus uitam finiuit.

Vnum & alterum recitauit miraculum, quo corpus beati Marci est manifestatũ. quibus & hæc addenda sunt: Quum Marci corpus leuaretur de tumulo, tantus odor totam Alexandriam persudit, ita ut omnes mirarentur, unde odoris tanta suauitas prodiret. Quumq; per littora diuersa transirent, & sanctum thesaurum omnibus occultarent, uenientes incolæ conclamabant: O! quã beati estis, qui sancti Marci corpus portatis: Sinite ut ipsum suppliciter adoremus. Propterea corpore sancti Marci, ut cautius seruaretur, in columnam de marmoreis lapidibus factam reposito, paucis conscijs, accidit ut illi testes morerentur, & nemo cognosceret sanctum illum thesaurum. Omnibus igitur percussis metu, ne

patronus

Maiores miracula, quã dum arcam Domini deduceret Dauid.

Qua igitur fronte negat adorationem sanctorum?

O' Christianorum eiusmodi custodias & patrocinia.

patronus tam inclytus furtiuè sit sublatus, indicitur solenne ieiunium, & processio solennior ordinatur. Et ecce cunctis uidentibus & stupentibus, lapides à columna profiliunt: & arcam, ubi corpus eius latebat, omnibus euidenter ostendunt. Mox deuotè laudes agunt creatori omnium, qui suum eis dignatus est reuelare patronum. Sicq; dies illustrata tanti prodigij gloria, annis decurrentibus, posteris fit festiua.

Sunt & illa stupèda opera defuncti Euangeliste Marci, quibus sui ueneratione, & honores diuinos sibi uindicauit. Seruus quidam inuito suo domino uotum soluturus, accessit sanctum Marcum. Ob quod factum, nobilis istius dominus iubet reuerso erui oculos, & crura securib. frangi, & pedes præcidi, malisq; ferreis os & dentes contundi. Sed ligna subito franguntur defigenda in oculos, & ferrum suæ uirtutis obliuiscitur, ac per Dei potentiam hebetatur. Quod uidens ac stupens dominus, ueniam petijt, & cum seruo sepulchrum sancti Marci deuotione sedula uisitauit. Præterea miles amputata manu, inuocauit suffragia beati Marci, & manus continuo fuit sanitati pristinae restituta, sola cicatrice relicta, in tanti miraculi testimonium, & talis beneficij monumentum. Atq; ut finem tandem miraculorum enumerandorum faciamus, audire non pigeat, ut Marcus sit gubernator aeris, tempestatum, & cæli: qui co-

piam

pian rerum dare & auferre potest. Cum totam Apuliam sterilitas magna inuaderet, nec terram illam benedictionis pluuia irrigaret, reuelatum est, quòd tali plaga percutitur, eo quòd ibi sancti Marci festiuitas non colatur. Dum igitur sanctum Marcum inuocarent, & festum eius festiuè se celebraturos promitterent, sterilitatem ab eis Marcus depulit, & superabundantiam ministravit, dans eis salubrem aerem, & pluuiam congruentem.

Sed miraculorū satis est. Nam si plaustra & naues onerariæ miraculorum adferantur, omnia erunt huius generis. De quibus si quis meum iudicium requirat, non celabo. Marcum Euangelistam, & Apostolum, & Episcopum eximium Ecclesiæ principis Alexandrinæ, edidisse portenta & signa, quibus ipse Dominus Christus confirmauit sermonem Euangelicum, nemo pius negauerit. Et ego firmiter credo, cooperatum esse Dominum beato Marco, & sermonem confirmasse signis atq; prodigijs, sicuti legimus in fine historię Euangelicæ ipsius. Sed non alio modo, neq; alia uirtute opera prodigiosa uir Dei persequitur, quam præceptores ipsius, & collegæ, Petrus, Paulus, Barnabas, ceteriq; Apostoli, qui omnes in Christi nomine uirtutes ediderunt, & Christo autori ea transcripserunt. Adeò autem Marcus sibi hæc noluit adtribui, aut inde gloriam, laudes, honores, uenerationem nancisci, ut non minus hæc sit abomi-

Alie autem sunt cause ubertatis & copię rerum, aut inopię, in sacris libris prodite: nempe Deus, & obseruatio uerbi diuini, aut contemptus. uelut Leuit. 26. Deuter. 28. 3. Reg. 8.

natus,

natus, quàm Barnabas consobrinus, & Paulus sapientissimus. Dum enim sanato claudio per nomen & fidem Christi Iesu, Lystrenses Paulum & Barnabam uocarēt deos, & uellent eis sacrificare, ut Act. 14. cap. legimus, Apostoli sanctiss. conscissis tunicis exilierunt in turbas, clamantes & dicentes: Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales sumus, similes uobis homines, annunciantes uobis, ab his uanis conuerti ad Deum uiuum, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gētes ingredi uias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens, de cælo dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & letitia corda eorum. Et hoc dicentes, uix sedarunt turbas, ne ipsis immolarent. An putare fas est, Ioannem Marcum, qui hæc uidit, qui uniuersam doctrinā cælestem animo perceptam habuit, & scripto Euangelio publicauit, ut cuncti spem salutis in solo Deo uiuente ponant, per Christum filium unigenitū, aliter egisse, dum in terris ageret, aut nunc in cælo diuersum uelle ac probare? Itaq; uehementer soleo mirari, qualis nam sit animus eorum, quod cerebrum, frons, os, manus, etiamus, qui talia sunt ausi spargere in uulgus Christianum, & adeò in totum orbem. Aut quæ nam sint iudicia procerum populi Christiani, quæ cura, quæ cogitationes de rebus Christianis, maxime in ijs qui Ecclesiæ

Ecclesie gubernacula tenent, qui hæc perferunt, probant, tuentur. Est ne illud scribere historiã de amicis Dei? an potius totum Christianismum Iudæis, Saracenis, Paganis, Epicuræis, Christianis contemptui & ludibrio exponere? Quid simile in diuinis libris legimus? aut quis historiæ scriptor cordatus & bonæ fidei auderet tam portentosas fabulas, pro gestis rebus, memoriæ prodere? Est ne illud decorare sanctos, an potius atroci contumelia & iniuria non toleranda afficere? Videlicet hoc pacto fidẽ & autoritatẽ Euangelicæ historiæ cõciliabimus. Itã ne Christi principis gloriam, & Dei propagabimus? Est ne illud homines à uana in creaturas fiducia ad ipsum fontem, & unicum salutis autorem conuertere? Est ne illud, exemplo cultorum Christi, homines ignauos ad officia & bona opera extimulare? an potius doctrinam Christianam tentare, quaterere, conuellere, labefacere apud incautos & nimium credulos? Hæ sunt uidelicet præclaræ lectiones Ecclesie Romanæ, Legendæ Auræ, Specula pietatis, in quæ intuentes, imitemur Dei cultores: quatenus ipsi Christum, professionis diuinæ ducem & auspicem, secuti sunt: eorumq; uestigijs insistentes, in hoc seculo uitam sanctam degamus, & in futuro seculo fruamur sempiterna felicitate.

SCRIPTA B. MARCI.

Restat, ut quod non postremum, sed uel præcipuum

puum est in historia sanctissimi Euangelistæ, expectamus, quid nam scripserit, & ubi, & quando, & quomodo. Nam hæc nouisse, non parum interest, & uaria de singulis traditio habetur. Sunt qui asserant Marcum scripsisse uitam Barnabæ Apostoli, confobrini sui, quam Beda uenerabilis in sermonem latinum transtulit. Euangelicam historiam scripsisse, & unum esse ex quatuor Cherubim, quos uidit Ezechiel, & Ioannes in Apocalypsi, fatentur pij omnes, quamquam alij Marco leonem aptant, alij aquilam, alij figuram hominis. Scripsit autem in Italia, Romæ, non Aquileiæ, ut recentior historia habet. Anno decimo post ascensionem Domini scripsisse ait Theophylactus, secutus antiquorum relationem. Ac Latine scripsisse Marcum, recentior historia dicit eiusq; manu scriptum codicem Latinum, Aquileia inter sacras res ostentari accepimus. quod phrasibus Marci redarguit, & antiquorum patrum autoritas. Hieronymus enim in præfatione ad Damasum: De nouo, inquit, nunc loquor Testamento: quod Græcum esse, non dubium est, excepto Apostolo Matthæo. Et Augustinus lib. 1. de Consonantia Euangelistarum: Horum, inquit, solus Matthæus Ebræo scripsisse eloquio perhibetur, ceteri Græco. Videtur autem Gregorius Nazianzenus errori ansam præbuisse, ut aliqui opinentur Marcum Latine scripsisse: cuius sunt hi uersiculi Græci,

Μάρκος δὲ αὐτονομίῳσι θεῶν τὰδε θαύματα ἔγραψε,
 Πέτρῳ βασιλικῶς χειρὶ μεγάλῳ θόρῳ ποτι.

Ausonij's Marcus dia hæc miracula scripsit,
 Eximio Christi famulo Petro bene fretus.

Epitomen autem fecisse Marcum ex Evangelica historia Matthæi, aliqui tradiderunt: non probè intelligemes dicta beati Augustini. Verba quidem Augustini sunt hæc, libro primo de Consonantia Evangelistarum: Quamuis singuli suum quendã narrandi ordinẽ tenuisse uideamur, non tamen unusquisq; eorum, uelut alterius præcedemis ignarus, uoluisset scribere reperitur, uel ignorata prætermisisset, quæ scripsisse alius inuenitur. Sed sicut unicuiq; inspiratum est, non superfluum cooperationem sui laboris adiunxit. Nam Matthæus suscepisse intelligitur incarnationem Domini secundum stirpem regiam, & pleraq; secundum hominum præsentem uitam, & facta & dicta eius. Marcus eum subsequutus, tãquam pedissequus & breuiator eius uidetur. Cum solo quippe Ioanne nihil dixit, solus ipse per pauca: cum solo Luca pauciora, cum Matthæo uerò plurima: & multa penè totidem, atq; ipsis uerbis, siue cum solo, siue cum cæteris consonante. Ea uerba si perpendantur, non dicunt Marcum abbreviatorem Matthæi esse, sed uideri posse. Cæterum Faber Stapulensis probè demonstrat, Euangelium Marci non esse Matthæi epitomen, quum non sit ordo idẽ, quædam

addita sint in Marco, & contra quaedam detracta, quæ singula repugnant legibus epitomatis.

Sed operæ precium est, idoneis theologorum testimonij probare, quæ de historia Euangelica beati Marci hæcenus proposui. Theophylactus de phrasi hæc scribit: Est character Euangelij secundum Marcum clarus & perspicuus, nihilq; habens excogitatum. Propè autè per omnia Matthæo concurret Euangelista: nisi quòd Matthæus fusior est, & in principio narrat generationem Domini iuxta carnem: hic autem à Ioanne propheta inceptit. Chrysostomus etiam, Theophylacti magister: Compendiosam, inquit, & breuem narrationem facit, in quo magistrum imitatus est, scilicet Petrum, breuitati studentem. Irenæus lib. 3. aduersus hæreses, Marcum dicit sectatorem & interpretem Petri, eiusq; Euangelium aquile comparat, inquiens: Marcus à prophético spiritu, ex alto adueniente hominibus, initium fecit, uolatilem, pennatam imaginem Euangelij demonstrans. propter hoc & compendiosam & percurrentem annunciationem fecit. Propheticus enim character hic est, & ipsum uerbum Dei. Cæteri Euangelio, & Sophronius, Hieronymus, Epiphanius, Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, Athanasius Alexandrinus, & alij. hoc ipsum refert compiosius, uerbis Clementis, Episcopi Alexandrini, & Papiæ

Papae Episcopi Hierapolitani, discipuli Ioannis, Eusebius Caesariensis lib. 2. historiae Ecclesiasticae, cap. 14. & 15. cuius uerba rectissime hoc loco ponenda esse uidentur. Petrus adueniens ex Orientis partibus, ut caelestis quidam negotiator, mercimonia diuini luminis, si quis sit comparare paratus, aduexit, et salutaris praedicationis uerbo primus in urbe Romana Euangelij sui clauib. ianuam regni caelestis aperuit. Igitur cum Romanae urbi clarum uerbi Dei lumen fuisset exortum, Simonis quidem tenebrae cum suo autore restinctae sunt. Sermo autem ueritatis & lucis, qui per Petrum praedicabatur, uniuersorum mentes placido illustrauit auditu, ita ut quotidie audientibus eum nulla unquam satietas fieret. Vnde neque auditio sola eis suffecit, sed Marcum discipulum eius omnibus precibus exorant, uti ea quae ille uerbo praedicabat, ad perpetuam eorum commemorationem habendam, scripturae traderet, quo domi forisq; in huiuscemodi uerbi meditationibus permanerent. Nec prius ab obsecranda desistunt, quam quae orauerant, impetrarent. Et haec fuit causa scribendi, quod secundum Marcum dicitur, Euangelium. Petrus uero ut per spiritum sanctum religioso se spoliatum comperit furto, delectatus est, fidem eorum per haec, deuotionemq; considerans: factumq; confirmauit, & in perpetuum legendam scripturam Ecclesijs tradidit.

Petri merx
gratuita E-
uangelium,
non indul-
gentiae fictae.

Claues Petri

Atq; hæc habui, Christiani lectores, quæ de uita
 & scriptis Euangelistæ Marci hoc tempore scribe-
 rem: quæ iudicio & censura summitto Ecclesiæ ca-
 tholicæ, & singulorum fidelium, qui Christi Iesu
 mentem ac sensum tenent. Atq; utinam tum Eccle-
 siæ omnes, tum uerò in primis illæ, quæ nomine Pe-
 tri, & ipsius filij Ioannis Marci glorientur, toto
 etiam pectore hauriant Christianam institutionem
 quam beatissimi uiri Petrus & Marcus Roma, A-
 quileiæ, Hierosolymis, Antiochia, Alexandria, &
 in alijs partibus Asiæ, Africa, & Europæ, tum ser-
 mone & scriptis uulgarunt, tum uita expresserunt,
 tum sanguine fuso asseruerunt. Ita enim demum erunt
 hæredes & successores legitimi fidei, ac doctrine
 Apostolicæ, & germana membra Ecclesiæ sanctæ,
 quam Dominus Christus sanguine suo redemit,
 & coheredem instituit regni pa-
 terni in cœlestibus.

DE INDICIS IN EVANGELIUM MARCI RA- tione ac usu, Theodori Bibliandri

P R A E F A T I O.



Indices librorum non sunt inuen-
tum nouum, sed uetus, & magnæ
quidem utilitatis, si rectè compo-
nantur. Quantam uerò habeant
utilitatem in theologia, & libro-
rum sacrorum tractatione, ostendit D. Ioannes
Segubiensis, theologus eximius, & qui prima-
rium locū tenuit in Concilio Basiliensi, in præ-
fatione de Concordantijs uocum indeclinabi-
lium. Quis autem primus scripserit indices Lati-
norum Bibliorum, quos uocant Concordan-
tias, non satis constat. Earum tamen exemplo
scriptas esse Concordantias Ebraicas apparet:
nisi quòd explanatio etiam compendiosa uer-
borum addita est, ut Lexici usum præbeat. Xy-
stus Betuleius autem scripsit Symphoniam Græ-
carum uocū noui Testamenti. Qui libri ut mul-
to labore constant ipsis autoribus, ita studiosis
debent esse gratissimi. Tamen quædam ab illis
uellem aliter esse tractata, uel ab hominibus e-
ruditis adijci ad illorum lucubrationes omni-
laude dignissimas. Primū enim uoces illas con-
significantes, ut nomina, quæ propositiones u-
niuersales, & particulares, & singulares, ceu si-
gna

gna quædam dialectica indicant: ut omnis, nul-
 lus, quidã, hic, ille, & reliqua similia. Item præ-
 positiones, aduerbia, interiectiones, coniun-
 ctiones, uel præterierunt silentio, uel attigerunt
 leuius. Quum tamen hæ uoces interdum non
 tam sint appêdices, aut uincula orationis, quàm
 nerui. Multo enim uehementius adstruit iustifi-
 cationem fidei, hoc est, basim Euangelicæ do-
 ctinæ, propositio Paulina, Maledictus omnis
 homo, qui non permanserit in omnibus his,
 quæ scripta sunt in libro legis huius, ut faciat
 ea: quàm si proferatur in definite, Maledictus
 qui non mäsarit in his quæ scripta sunt in libro
 legis huius. Deinde uellem prima & simplicia
 capita, & diligētius ab eis enarratas fuisse. Tum
 uerò eis subiectas optarim uoces deriuatiuas
 & cōpositas, quæ ab una manāt origine: itemq;
 locutiones peculiare, quæ fiunt ex duabus aut
 pluribus dictionibus coniunctis. Nam ea con-
 nexio uerborum affinium & cognatorū simul
 coniūgeret res cognatas, multamq; lucem ad-
 ferret tam uerbis quàm rebus cognoscēdis. Ad
 hæc indicibus iustis cōueniret explicatio rerum
 summaria: & sicubi longior aut obscurior inci-
 noraretur. Postremò castigatio librorū nō alie-
 na mihi uidetur ab indicib. & lexicis absolutio-
 ribus. Nec modò collationem exemplariū hic
 admiserim, sed etiã annotationes interpretum.

Velut

Velut in lexico simul & indice Ebraico minime fuerit ab instituto argumento alienū, si traditio Ebraeorum magistrorum, quam Massoreth uocant, quæq; per sacros libros uariam lectionem & scripturam indicat, per singulas dictiones exponatur. ut uerbi gratia, קָרַן integre scribitur cum he litera in fine: sed in Genesi 14. cap. he deficit, ut puellæ integritas labefacta eo signo etiam noteretur. Aliquoties autem commentatores diligentes indicant uarietate exemplarium Ebraicorum. quas annotationes censerim equidē in Concordantijs ponendas esse suis in locis. Ad eundem modum fiet in Græco lexico & indice: in quem non modò noui Testamenti uerba, sed etiam ueteris referri decet, quæ sunt interdum corruptissima. Deniq; Latine Concordantiæ ad hunc modum instruuntur: in quibus alicubi translationes uarias, ut quæ in Cypriano, Tertulliano, Hieronymo, Augustino, Beda, & alijs occurrunt: nec non recentiorum scriptorum uersiones & castigaciones, Laurentij Vallæ, Jacobi Fabri, Erasmi Roterdami, inserere utile fuerit. Porro in locorū enumeratione probare non possum, quòd Concordantiarum scriptores maluerunt sequi ordinem librorum sacrorum, quàm rationem habere significationis, aut affectionis uocum & locutionum. Quum enim exponitur leo, ex Genesi, Exodo, Leuitico, Numeris, Deuteronomio, & sic deinceps, promiscuè congerunt, leo,

leæna, leunculus, & alia. Vbi uocem Leo primis expediri uelim, & loca recitari, in quibus proprie significat animal ferū: mox, in quibus per tropum Metaphoræ significat uirum fortem, aut tyrannos, aut Christum, aut diabolū. Deinde leænam & leunculum recitari eodem pacto uelim. Et in locutionibus enumerandis utilis est omnino illa distinctio. uelut in uerbo Facio, seorsim enumerabit scriptor Indicis & lexicæ theologicæ, facere bonum, facere malum, facere misericordiã cum aliquo, facere bellum, facere pacem, facere fructum, facere talentum aut minam, & alia similiter.

Cuiusmodi Lexicon pariter & index uerborum ac rerum cognatarum, quàm adferret studiosis utilitatem multiplicem, uel me tacente, intelligit quiuis non planè stupidus. Primum enim organum illud, in quo sunt omnia distributa ordine certo, aptius erit memoriæ adiutandæ, quàm in quo pleraque promiscua & confusa iacent. Offeret etiam sese, quod quaeritur, promptè, sine mora lōgæ inquisitionis. Ad hæc uocum & rerum explicatio coniuncta, mirificè iuuat studiosos. Præterea thesaurū quendam argumentorum repositum habebit ad omnem usum studiosus, siue disputandum sit, siue locus enarrandus, siue contemplandum in sacris literis. Nam argumenta omnia, quæ à nomine, & etymologia, & coniugatione uerborum ducuntur, quorum usus latissimè patet, unū sub aspectum

etum hacratione ponetur. Castigationes etiam
librorum, & errores interpretum compendiosè
quidem indicabit: uerùm simul idoneo & locu-
pleti argumento redarguet, ac emendabit. Po-
stremò scripturæ diuinæ explanationem suppe-
ditabit hoc organum catholicam & compen-
diosam, per suam ipsius collationē. Adde etiam
explanationem certam, & synceram, & mode-
ratam, citra istas acerbas quorundam theolo-
gistorū, ne calumniosas dicam, *λογωμαχίας*, &
rexas uerbosas: quæ ad fidei & morum subuersi-
onem magis tendunt, quàm ad ædificationem.

Proinde iam diu scrutatus modos interpre-
tandi scripturas sacras, quum alius alij placue-
rit, nihil uideo præstari posse melius & utilius
Ecclesiæ, ab hominibus peritis linguarum prin-
cipum, Ebraicæ, Græcæ, & Latinæ, simulq; gna-
ris rerum theologiarū, quàm si uoces uniuersas
Ebraicas, Græcas, Latinas, & aliarū lingua-
rum, quæcunq; in utroque Testamento extant,
partitis operis exponerent, uocum autem ex-
plicationi adiungerent etiam rerum ipsarū in-
terpretationem. Nam ut unus homo absoluat
catholicam & compendiosam expositionem,
quantocunq; ingenio & doctrina instructus,
quantumuis industrius & laboriosus, metuo
ne fieri possit intra paucos annos. Ac dum me-
cum reputo, quàm instructa bibliotheca sit opus,
quibus operis in transcribendo & confes-
rendo uaria exēplaria indigeat, cerno esse opus

non privati hominis, sed plurium, & qui iuuentur à pijs sanctisque principibus. Ceterum partitis laborib. in multos, breui tempore multum efficietur, & facilius quidem atque rectius. Alius enim sibi desumet explicandum Geneseos librum, alius Exodum, alius alium librum Moysis, aut cuiuspiam prophetæ: alius Euangelium scriptum à Matthæo, aut Marco, aut Luca, aut Ioanne: alius Epistolam Pauli, aut Petri, aut Iohannis: quisque omnino librum, in quo diu & diligentissimè uersatus est, ac interpretando plurimum potest alijs cōmodare. Quum uerò sint tam res quàm uerba exponenda, uerborum explanatio mihi commodissima uidetur, si uoces singulas auctoris, quem edifferere studet, uel Ebraicas, uel Græcas, diligenter excutiat, non tamen uerbosè: suasque obseruationes in medium adferat: castigando interim in principali sermone uel Apostoli uel Prophetæ, & in translationibus, quæ iniuria temporum, aut imperitia & negligētia tum interpretum, tum librariorum sunt uitiata. Iam ad hunc modum omnibus scribris expositis, quod biennio ad summum fieri posset, succederent industrij, pijs, & docti homines, qui lucubrationibus illis adiuti, conscriberent integros & iustos illos dictionarios partiter & indices Ebraicos, Græcos, Latinos, de quibus paulo antè locutus sum. Nō defuturi etiam essent uiri docti & pijs, qui uernacula etiam lingua suæ genti opus utilissimum impartirent.

Equidem

Equidem ut pro mediocritate mea symbolum quoque meum conferrem ad tam sanctum & eximium opus, aut saltem prouocarem meo qualicumque conatu eruditos uiros, delegi mihi, non semel tamen ab amicis charissimis, uiris optimis & doctis. sollicitatus, doctrinam diuini Petri uniuersam. Et in hac quidem parte Euangelium, quod Marcus à Petro acceptum scripsit Græcè, non Latinè, ut quidam opinantur, *αὐτῶν* grammatica redegi in lexicon & indicem. Secutus autem sum ordinem cognatarum literarum: ut primo loco posuerim uocum originem, quæ incipiunt à uocali, deinde quæ à liquida, postea quæ à mutis, aut consonantibus duplicibus incipiunt. Sub uoce autem principali, & themate, quod in Græca lingua usurpatum, plerumque tamen originem ducit ex Ebræa uel Syriaca lingua, posui deriuatiuas uoces, & compositas, & orationes quæ peculiarem dicendi modum continent. Ea quoque interpretatione studui cum diligentia & fide modum quoque coniungere, ne quid nimis esset, iuxta paræmiã. Neque scrupulosè aut uolenter primitiuas uoces ad Ebraicam originem detorsi, aut cõpositas atque deriuatiuas etymologijs commẽtitijs exposui. quod posuissim alicubi facere speciosè, imitatus Marcum Varronem, & Platonem, & doctissimũ Iudæorum Philonem, & alios. Sed malui meam ignorantiam in rebus incompertis fateri ingenuè, quàm temerè asseuerãdo cuiquam occasionem dare

dare ad errandum. Latinam deniq; translationem castigauit multis in locis, aspergens alicubi etiam Indianam, siue Aethiopicam translationem. de quo copiosius scripsi in Ampliore consideratione decreti synodalis Tridentini, de ueteri Latina translatione. Nam admonendi fuerunt isti censores & dogmatistæ Tridentini, & alij, quos fortasse in errorem abduceret præclarior existimatio istius Synodi, nisi admonerentur. Si enim ad calculum quis reuocet uoces uel additas, uel detractas, uel mutatas in Latina uersione Euangelij secundum Marcum, uel expositas non modo uariè per æquipollentes dictiones, sed etiam significatione diuersa, colliget mille & quingentas in summa, uel multo plures. Ut nullus interpres Latinus recētior magis à Latino ueteri interprete discrepet, quam ipse secum dissidet, & cum Græca scriptura. Et tamen isti belli Critici tam promptè crimina hæreseos & sacrilegij impingunt recentioribus interpretibus, si uel latum pilum à ueteri Latino interprete discedant.

Id quum luce meridiana clarius uiderint seibi demonstratum, æquum erit, ut desinant isti acerrimi censores, uel potius impudentissimi calumniatores, obstrepere sanctis laboribus hominum eruditorū: desinant calumniari, desinant reprehendere quod non intelligunt: desinant uiros innocentes, & de Christi Ecclesia præclare meritos, damnare: desinant tyranni-

dem exercere in Ecclesia, linguarum cœlestia munera conculcare, spiritum prophetarum extinguere.

Latinum Indicem scripsit Ioannes Gastius, paululum diuersa ratione ab hac nostra, ut adfueris ordini alphabetico morem gereret. Digessit ergo uoces Latinas, aut peregrinas, secundum ordinem literarum nostrarum, ut prima litera sit a, secunda b, tertia c. & sic deinceps. Ad singula elementa ponuntur uerba tam composita & deriuatiua, quam primogenia: ut in Latinis & Græcis Concordantijs factitatum est. Singulis autem uocibus apposuit notam numeralem, quæ chartam & chartæ paratulam in Græco indice suggerit: ubi Græca uox ponitur, pro qua Latinus interpres eam reddidit. In qua etiam collatione utile est cernere, ut Latinus uetus interpres eandem Latinam uocem pro diuersis Græcis uocibus reddidit. Nā præpositio De occurrit in ἀπό α, & ἐξ, & ἔξ. itē uerbū Dico occurrit in λέγω, εἶπα, ἔρη.

Rogo autem pium lectorem, & Gastij ouis mei, & meo nomine, ut nostrum laborē boni consulat: omnesq; pro uirili adiuuet, qui illustrare atq; propagare student sacras literas, qui in toto mundo nihil preciosius, nihil melius, nihil ad beandos homines magis necessarium extat. Simul precor, ut Iesus Christus, Dominus ac Deus omnium spirituum, excitet bonas mentes, ad perficiendam catholicam & compendiosam

pendiosam expositionem diuinæ scripturæ, & suppediter facultates omnigenas. Quod opus si ad aliquam saltem mediocritatem producat, equidem existimabo longè magnificentius, quàm templa, & urbes, & omnia ista spectacula, quæ unquam totum orbem in sese conuerterunt. Hæc enim quid spectatoribus adulerint, præter momentaneam uoluptatem, non uideo.

At uerbi diuini meditatio parit semper

piternæ felicitatis

fructum.

ORIGI-

175
ORIGINES VERBORVM

Græcorum, quorum prima litera
 est Alpha, α.

Α & ad in compositione uim habet priuatiuam: ut
 ζυμῆ, fermentū. ἄζυμος & ἀπύρτος, infermentatus panis. ἄλγος,
 sal. ἀλλοτρίον, insulsū. Ἐστὶ δὲ truncatum ἀπὸ. Sed dum ad
 iunctionem aut coniunctionem significat, ex ἀμα, id est
 simul, uidetur factum: uel pro ἀμα, ut Platoni uidetur, πο
 σιν, ut ἀδελφοί, fratres uterini, quibus est ἀδελφός, uter
 rus, communis. Notat & malum, & ingens: ut ἀσπίς, uide
 ri potest, quasi nimium, aut male Selgenses, qui fue
 runt infames: ut Ἀσοτή, Sybaritæ, Sodomæi.

Αββᾶ, abba.

Hieron. pater. Syrum est, non Hebræum. Explicatur
 adita uoce πατήρ, abba pater. 14. d

Αβραάμ, Abraham.

Hieron. pater uidens populum, quasi compositum sit
 ex ab raah am. Cæterum Genes. 17. Abram sonat pa
 trem excelsū, sed Abraham patrem multitudinis. Est
 autem pater omnium credentium in Christum Seruato
 rem. 12. c

Αβιάθαρ, Abiathar.

Hieron. pater superflus. Potius pater reliquus, aut re
 liquiarum. Filius is fuit Abimelech Pontificis, qui panes
 sanctos Dauidi cōcessit in Nob: eoq; occiso transfugit ad
 Dauidem, cum sacris uestibus, & pontificatum gessit po
 ste: ut 1. Reg. 21. & 22. legitur. Cur autem Abiathar po
 nat Euangelista, & non Achimelech, Beda explicat dili
 genter, itemq; Theophylactus. Cæterum Hieronymus ad
 Pamphach.

Pammach. recenset hunc locum inter eos, in quibus aliter citantur scripturæ, quàm in antiquioribus scripturis habeatur. Aethiopicum Testamentum habet Abbimelech.

Αγαθός, bonus, utilis, prudens.

Plato dictum censet quasi ἀγασθός, admirabilis, incundus. Estque solus Deus proprie ἀγαθός, ut Plato in Protagora docet. quod Christo concinit, dicenti: Nemo bonus, nisi Deus. Ut si quis ἀγαθός θεός, ualde diuinum exponat, non aberret.

ἀγαθός, bonus. 10. c.

ἀγαθί, bone. 10. c.

ἀγαθόν, bonum. 10. c.

Αγανακτήσω, indignor, iniquè fero, quæror, molestè fero.

ἀγανακτήσω ὑπὲρ ἰακώβου, indignati sunt de Iacobo et Ioanne. 10. f. Eras. uetusti codices habent, Cæperunt indignari.

ἀγανακτήσω, indignè tulit. 10. b.

ἀγανακτεῖν ἄλλους, indignè ferentes. 14. a.

Αγαπάω, diligo, amo.

ἀγαπάω, diligere proximum. Ut diligatur proximus. 12. c.

ἀγαπήσεις, diliges Dominum. 12. c. bis.

ἠγάπησεν, dilexit. 10. c.

ἀγαπητός, dilectus. a. b. dilectissimus. 9. b.

ἀγαπῆτόν, charissimum. 12. a.

Αγγαγός, uox Persica.

Suidas: Sic uocabant Persæ regum nuncios. Sicut ἀγγαγοί et ἀγγελῶδες, Persico sermone, si in Ἀγαθῶν ἡρώδου μαρτύροισι. Iosephus etiã testatur in historia Esther, quos Ββραῖοι

Hebræus scriptor uocat ratzim, cursores, tabelliones, ueredarios, à Persis uocari *αγγαροι*. Fortasse communis uox cum Syris, qui nagar dicunt. Et nagara uocant sapientem & artificem. & nagrin, pessulos & obices, quibus muniuntur portæ. Hebræis autem hoc uerbum significat impetuosum decursum fluminis. Ponitur autem uox, quum sermo sit de mancipijs, & baiuulis, & prope sensu earentibus, aut iumentorum ritu onera ingentia ferentibus, ut idem Suidas docet. Hinc *αγγαροποιον*, onera gestare. & *αγγαροβιουται*, & *αγγαροβιουται* *αγγαροβιουται*. Fuit meo iudicio uerbum Scripturæ dignissimū, quod paulo diligentius explicarem, quod in usum etiam quotidianum peruenit. In etiam ciuile de angarijs loquitur aliquoties, & parangarijs. Sed & uerbum angariare usurpant ueteres consulti iuris. Et Vegetius de Re militari lib. 1. iubet tyrones in angarijs & procul ab urbibus detinere. *αγγαροβουτοι*, angariauerunt Simonem quendam. 15. b. Vallar Angariant quempiam. Bras. Matth. 27. adiungunt, cogunt, compellunt.

Αγγελος, nuncio.

Αγγελος, nuncius, angelus, tam bonus Dei spiritus, quam malus demon.

αγγελος. Mitto angelum meum. 1. a. de propheta.

αγγελοι, angeli. 1. b. 12. b. 13. d

αγγελου, cum angelis. 8. d

αγγελος, angelos. 13. c

Απαγγελλω, renuncio, pronūcio, proclamo.

απαγγελλω, annuncia. 5. b

απαγγελλω, nunciauerunt in ciuitatem. 5. b

Ἀπαγγέλλω, nuncio ab alio mihi mandatū
ἀπαγγέλλει, nunciauit. 16. c. Bras. renunciauit.
ἀπαγγέλλων, nunciauerūt. 16. c. Bras. renunciauerūt.

Ἐπαγγέλλω, promitto.

ἱπαγγέλαστο, promiserunt ei. 14. b

ἀναγγέλιον, ex οὐ bene, & ἀγγέλιον nuncium, com-
positum, sonat letum, bonum, auspiciatum nuncium,
quod res οὐ ἔχει nunciat. Præmium etiā, quod datur
afferti letum nuncium: & sacrificium, quod peragi-
tur accepto nuncio de rebus feliciter gestis belli. Reli-
gio transfudit eam uocem in linguam Latinam, & ex
ea prognatas, Tuscam, Gallicam, Hispanicam, in E-
braeam, Chaldaeam, Arabicam, Aethiopicam, Germa-
nicam, & alias. Quam apte autem doctrinæ de filio
Dei, & seruatore omnium, accommodata sit uox E-
uangely, Theophylactus in proœmio Cōmentariorum
explicat: nempe quia nunciat πρᾶγματα οὐ καὶ ἰσχυρὰ
ἔχοντα, hoc est, bona, remissionem peccatorum, iustifi-
cationem, reditum ad cælos, adoptionem filiorum Dei.
Nunciat autem, quod facile prompteq; ea accipiamus.
Non enim labore nostro effecimus, ut hæc bona possi-
deamus: neq; nostris officijs & recte factis ea obtinui-
mus: sed ex Dei gratia & beneuolētia tantis bonis, cen-
digni, affecti sumus. Veteres Græci translatores eam
uocem reddunt pro Ebraica *bisher*.

